ANALECTA

QVIBUS

HISTORIA, ANTIQVITATES, JURA,

TAM PUBLICUM QVAM PRIVATUM

REGNI NORVEGICI

ILLUSTRANTUR.

MAXIMAM PARTEM

HACTENUS IGNOTA

EX

TABULARIO

ARNÆ - MAGNÆANO,

OBSERVATIONIBUS ET INDICE VOCUM

ADJECTIS,

PUBLICÈ JURIS FACIT

GRIMUS JOHANNIS THORKELIN.

HAVNIÆ MDCCLXXVIII.

TYPIS ET IMPENSIS MARTINI HALLAGERI.

SEVIRIS

ANTIQVITATIBUS BOREALIBUS

EVULGANDIS

A

REGE CONSTITUTIS.

Verecundiæ terminos evagatus fortè videri potero, qvi paginas hasce TANTIS NOMINIBUS inscribere sustineo: nec ego diffiteor, esse hoc qvalecunqve industriæ meæ specimen, & infra vota mea, et Vestram VIRI MAGNI! Dignitatem, longè positum.

Qvem ad modum verò persuasum habuit antiqvitas, plus interdum farre pio & mica saliente, quàm sumtuosa hostia

Deos Penates placari, ita auſim quoqve credere opellam hanc, licet pertenuem VOBIS non diſplicituram, qvippe qvibus ea omnia qvantivis pretii eſſe ſolent, unde vel tantillum lucis affunditur Legibus, Hiſtoriæ, & Antiqvitatibus Patriis, qvæ ſingula VOS, tantoperè plaudentibus eruditis, promovetis, & ornatis.

Vilitatem igitur munuſculi excuſabit, cum argumenti fiducia, tum animus offerentis, qvi hac etiam ratione palam teſtari voluit, quantâ ſit obſervantiâ VOS, viros ſcilicet a Patria, litteris, ſuisqve ſtudiis optime meritos, nunqvam non

devotiſſimè veneraturus

GRIMUS JOHANNIS THORKELIN.

PRÆFAMEN.

Hvitfeldium, *Torfæumqve* in Historia Principes laudamus, extollet posteritas. Nec id immerito; plurima, qvæ cæteroqvin perpetua fuissent obruta nocte, dederunt illi nobis. Ast, ut
— *nihil est ab omni parte beatum;*
ita nec vitiis carent, ævo magis, qvod tantos tulit viros, adscribendis, qvam eorum culpæ.

Etenim alia, qvæ non modò, ut cum Cicerone loqvar, *plurimum solent*, sed etiam debent, *& authoritatis habere ad probandum, & jucunditatis ad audiendum antiqva testimonia*, apud eos desiderantur: alia, si cum fontibus, accurate conferuntur, haud raro immutata. Utriqve nubem pro Junone scribæ sæpius obtruserunt; ipsi qvoqve Diplomata antiqva (qvibus, nam illud tacent; lector potest, decipi) in alias lingvas traducta nobis relinqverunt. Sed & in hoc excusari possunt, oculis enim alienis plerumqve minus fidis, videre necessum fuit tempore, qvo id genus monumenta, per sexcentos qværenda recessus, vix poterant emendicari, & Dii irasci credebantur,

ſiqvis manuſcripta ſitu ac blattis ſemiadeſa ab interitu vindicaret.

Tantæ molis erat patriam deſcribere gentem

qvantam neqvidem labor Lexica condendi æqvare potuit. Cum hæc fauſto ſidere natus *Thomas Bartholinus*, & ejus exemplo, *Arnas Magnæus*, ſuperatum irent. Hic Archivis perluſtratis, bibliothecas, latibula, cippos, omnia, qvæ theſauros promerent ſuo ſervituros fini, viſit, excuſſit, delineavit, movit: ille qvotqvot indagare licuit remotioris ævi monumenta, ſummâ fide exſcribi curavit. Uterqve largam reliqvit Academiæ Hafnienſi meſſem; & illi qvidem decem, raris antiqvitatis documentis conferta volumina. Ad *Arnæ Magnæi* merita qvod attinet, magnam me puto apud eruditos initurum gratiam, ſi cum iis communicem litteras, qveis eadem more ſuo candidè recenſet judex horum competens. Virum mihi nominare liceat, æternum Daniæ decus, *Johannem Grammium*, cujus ad *Hialtonem* Thorſtani, (*) Epiſtola hæc eſt

Velær-

(*) Authographum communicavit mihi Dni. Hialtonis Thorſtani ex filia pronepos Dnus Marcus Magni.

Velæreverdige og höylærde mand!
Höjtærede Herr Provst!

Den sörgelige og ei allene for Island, men for Kiöbenhavns Universitet, ja den heele lærde Norden beklagelige tidende om salig Assessor Arnæ Magnæi död, haver vel allereede bedrövet deres Velærværdighed, för end at jeg, een af de medsörgende, haver den deplaisir med samme at fremkomme. Det giör mig hiertelig ont, at, da jeg af den Sal. mand, deres saa vel som min dyrbare ven, haver hört saa meget got og berömmeligt tale om deres Velæreværdighed, jeg da ei ved en lyckeligere og glædeligere lejlighed, skulle have den ære at blive engang kent af dem, men at den förste vores Correspondence skulde begyndes i saa stor en bedrövelses materie, og med condolence og compassion over en forlis som staaer aldrig til at reparere. Jeg troer ganske vist at hans fæderneland Island og hver en mand deri skal tilstaae os, ikke nu at have haft en större Civem, som og saa vi her udi Danmark, ja heele Norden, saa vidt hans navn var kiendt, bekiendær og tilstaar ikke at have haft hans lige i de gamle historiers, Loves, og

genes &c. kundſkab, og ved hannem er udſlukt et liùs, ſom vore tider neppelig, ja vel aldrig meere, faae at ſe igien optændt.

Dog haver den Sal. mand, efter det forſæt ſom hans redelige patriotiſke hierte ſtædſe haver haft, ikke forglemt i ſit Teſtamente og ſidſte villie at giöre, ſaa vidt ſom til ham ſtod, ſaadan anſtalt, at der udaf hans efterladenſkab, ſaa vel de Bögger, Membraner og Papiirer, ſom den ulyckſalige Kiöbenhavns Brand havde efterladt ham, ſom af hans pengemidler ſkulle komme det gavn og den frugt og nytte for Publico, ſamt hans kiære fædernéland, at begge i ſin tid kunde blive forſynede med Mænd af ſamme ſtudio, og, ſom poſitis ponendis kand være at haabe, af ſamme lærdom og habilité ſom hand var. Hans bögger, breve, Membranas, og cujuscunqve generis ſcripta, haver hand legeret til det Kongelige Univerſitet, at det kand være i beſtandig Obagt og forvaring (ſaavidt ſom menneſkelig forſyn der i kand raade) og naar engang hans gamle Enkefrue ved döden er afgaaen, ſkal deres midler, ſom desimidlertid bliver under Univerſitetets Adminiſtration, *indrettes til en fundation for at* ved lige holde det ſtudium Hiſtoriæ veteris

teris Septentrionalis & Antiqvitatum lingvæqve patriæ, efter de ideas, som den Sal. mand haver i sit levende live disponeret, og os tvende sine gode venner, Hr. Justitz Raad Thomas Bartholin og mig paa det flittigste anbefalet, hvilket jeg og icke haver vildet at skulde være deres Velærværdighed, som en af hans troſaste venner, og en Elskere af det slags studeringer uvitterligt, om endogsaa nogen liden tröst og vederqvægelse for denne sorrig kunde flyde af dette haab, som mand i slig maade vel tör fatte, at den Sal. mands ynske og forsætt kand naaes, saa fremt der i tiden kand komme her til Universitætet fra Island saadanne ingenia, som tillige med nogenledes fundamenter haver baade hoved og lyst til at gribe fat paa disse ting og træde i deres landsmænds, fornemmelig i de tvende store mænds Thormodi Torphæi og Arnæ Magnæi Födspor.

Og som der i blant de breve, som den Sal. mand i forleden höst haver faaet fra Island, er os forekommet et fra deres Velærværdighed dat. Watnsfyrde d. 7 Aug. 1729. hvor udi meldes om nogle Chartis Geographicis, hvor af nogle da bleve skickede, og continuationen der af loves, saa skulde mand allertie-

nestligst

nestligst have Min herr Præpositum ombeden, at, saa fremt det ei var dem til alt for stor uleilighed, de da der med vilde see det begynte suppleret, paa det saa meget af dette arbeide, som de haver uden tvivl ei allene den sal. mand til fornöyelse men end og saa Publico og Historiæ til oplysning og nytte foretaget sig, kunde komme paa et sted samlet at ligge in custodia publica, hvor der skal drages omsorg for, at det baade skal være vel bevaret, saa og sin rette Authori tilskrevet og tilegnet i den Catalogo, som man haver for at giöre over hvert et blad af den sal. mands conserverede Reliqviis inden de blive bragte paa Trinitatis Kirke Bibliotheqve, hvilket sted mand venter inden Nytaar at skal til dette og mere være apteret; Det par Glaröjne, hvor om deres Velærværdighed haver giort begiæring skikkes her hos, som bedes at maae tages til takke, ynskende at kunde tiene med noget mere og vigtigere, og forblivende med megen æstime &c.

Kiöbenhavn d. 19 Junii 1730.

Hans Gram
Professor ved det Kongl. Univ.

ↄ: JOHAN-

JOHANNIS GRAMMII

IN UNIVERS. REG. HAFNIENSI PROFESSORIS

AD

HIALTONEM THORSTANI FILIUM,

VATNSEIÖRDENSIUM IN ISLANDIA PRÆPOSITUM

EPISTOLA.

Triſtis ille Aſſeſſoris noſtri Arnæ Magnæi, nec Islandiæ ſolum, verum Univerſitati qvoqve Hafnienſi, qvin & toti, qvi literas colit amatqve, arctoo orbi lamentabilis obitus, tuas, Vir plurimum reverende & doctiſſime, aures jam tum, puto, vulneravit, cum hujus, qvem ego qvoqve doleo, doloris ingratus a me nuntius defertur. Accidit illud mihi perquam acerbum, quod, cui tam multa de te, & præclara locutus ſit vir beatus, utriqve noſtrum & cariſſimus & amiciſſimus, non alia ad amicitiam tuam magis optabilis & lætior via patuerit, qvodqve commercium hoc noſtrum literis auſpicari cogar plenis moeroris & luctuoſæ de communi & nunqvam reparabili damno qverelæ. Non enim ſane dubito, qvin id nobis patria ſua Islandia, & qvotqvot terram illam incolunt, fateantur, majorem ſibi nondum fuiſſe civem, qvemadmodum nos qvoqve

qvoqve Dani, imo reliqvus, qvatenus qvidem nominis sui notitia pertinuit, septentrio, damus & concedimus nos illi neminem antiqvarum historiarum, legum, lingvarum & aliarum rerum peritia, parem habuisse, cumqve illo exstinctum esse lumen qvale vix nostra, & nulla, fere dixerim, tempora rursus exsplendescere videbunt. Non tamen oblitus est vir beatus, qvod animo, ut erat ingenuus patriæ amator, semper proposuerat, testamento, supremæ voluntatis interprete, qvantum in se fuit, providere, ut ex bonis suis tam libris scriptisqve sive membraneis sive chartaceis, qvæcunqve â funesto Hafniæ incendio remanserant intetegra, qvam ex re pecuniaria illud in rem publicam, & qva nihil ipsi carius, patriam, usus & emolumenti redundaret, ut olim haberet utraqve viros, & iisdem, qvibus ipse, studiis, & sui, qvod ut res se dabunt, sperare licebit, doctrina & gnavitate qvam simillimos. Libros, epistolas, membranas & cujuscunqve generis scripta (*) Universitati Regiæ testando

(*) Hic thesaurus Voluminibus manuscriptis constat, fol. No. 379. Qvart. 901. Oct. 207. min. 50. inter qvæ membranea sunt plurima: Accedunt, præter Libros impressos rariores, diplomatum authenticorum millia aliqvot, qvæ divisa in suas classes,

ſtando donavit, perpetua, qvantum humana qvidem prudentia caveri poſſit, cura cuſtodienda, reliqva vero bona publico qvoqve ea ratione legavit, ut, qvemadmodum vivus diſpoſuit, & Dno Thomæ Bartholino Juſtitiæ Conſiliario, mihiqve, ex familiarium numero utriqve, accuratiſſimè mandavit, poſtqvam vidua ſuperſtes, ætate jam provectior, fatis conceſſerit, qvendam veluti fundum conſtituerent, unde hiſtoriæ veteris ſeptentrionalis & antiqvitatum lingvæqve patriæ ſtudium qvodam modo aleretur & ſuſtentaretur.

Hoc te, vir doctiſſime, utpote defuncti in fidis amicum & harum etiam literarum amantem latere nolui, ne tantillo doloris levandi ſolatio defraudarem, qvod ſuppeteret ſperando, non incaſſum pia, qvæ animo vir beatus conceperat, vota caſura, modò unqvam huic Academiæ Islandia *transmiſerit*, qvibus præter *rudimenta literarum* domi non infeliciter depoſita, id animi ingeniiqve fuerit, ut has res tractare, & præclaris conterraneorum, imprimis quæ magni illi Duumviri, Thormodus Torphæus & Arnas Magnæus poſuerunt, veſtigiis inſiſtere poſſint & cupiant. Inter literas

claſſes, Hiſtoriam Daniæ, Norvegiæ, Islandiæ &c. a ſeculo XII, ad noſtra ferè tempora illuſtrant & augent.



teras, qvas autumno proxime elapſo ab Islandia vir b. acceperat, repertæ ſunt tuæ, Vatnsfiordo d. VII Auguſti MDCCXXIX datæ, qvæ qvoniam de chartis geographicis, qvarum qvasdam tunc miſiſti, reliqvas promiſiſti, mentionem faciunt, volumus te, vir venerabilis, ut, modo ne fuerit nimis incommodum, qvæ deſunt, ſuppleas, perofficioſe rogatum, qvo tantum hujus operis, qvantum te non ſolum in gratiam viri b. ſed in communem qvoqve hiſtoriæ uſum & illuſtrationem ſuſcepiſſe non dubitarim, in publica cuſtodia ſimul reponi poſſit, qva ut & tuto conſervetur, & in catalogo, cui vel minima ſchedula a viro b. nobis reliqva, priusqvam in bibliothecam in S. Stæ Trinitatis æde, ante hujus anni finem ad hæc & alia, uti ſperamus, paratam translata fuerit, inſeretur, vero authori adſcripta tribuatur, curabimus. Qvæ petiiſti conſpicilla mittuntur; hæc ut boni conſulas, precor te, cui de alia, qvæ majoris momenti fuerit, re gratificandi occaſionem ſiqvando nactus fuero, lætabor. Vale.

Hafniæ d. 19 Junii
MDCCXXX.

Ad hæc arcana aditu mihi dato, multa in ipſo limine inveni, qvæ *Hvitfeldio*, *Troſæoqve* augendis & illuſtrandis, qvam maximè inſerviunt. Hæc igitur monumenta edere, qveis, Legibus, hiſtoriæ & antiqvitatibus patriis, lux afferri poteſt, animum induxi. Horum plurima adhuc fuerunt anecdota maximamqve partem ignota, reliqva vero aut ex apographis euulgata vitioſis, aut qværenda in libris, qvos optimatum pluteis fortuna tantum reſervavit; Etenim *Corps Diplomatique Univerſel du Droit des Gens*. Amſtelodami editum, 1726 — 1731 & *Rymeri* Acta publica per *Georgium Holmes*, Hugæ Comitis 1739 — 1745. tertium recuſa, paucis illis, qvæ hic iterum ſiſto, nil raritatis demere poſſe judicavi. Sunt autem præterea multa, & apud eos & *Johannem Hadorſium* (*) inſtrumenta, qvæ, cum cæteris Tabularii Magnæani autographis, donec ſuper his favorem Civium experirer, omiſi. Ut

(*) *In Appendice ad Joh. Meſſenii* Twaa gamla Swenſke Riim-Krönikor. Stockholm 1674-76. 4to, & Sanct Oloffs Saga paa Swenſke Riim item naagra Norſke Foreninger medh Swerrige &c. uplagde i Stockh. af Johan Hadorſio (1675). 8. *qvorum nulla in hac noſtra collectione exhibentur.*

Ut laboris nostri rationem afferamus, ordo demum postulat; sciendum igitur:

1) Nos autographis accuratè exprimendis cura, qva potuimus, maximâ studuisse. nisi qvod littera omnibus Diplomm. Norv. communis þ, per *th* efferatur.

2) Apographa optimæ notæ elegisse.

3) Versionem, ubi visum, adornasse, de sensu magis qvam floribus latialis eloqventiæ sollicitos. Sunt igitur haud pauca, qvæ primo intuitu barbara esse credas, nec diffiteor: etenim hoc cum magnis, qvos seqvi votum, æqvare minimè datum, Viris commune habeo. Multa siqvidem orbis nostri ignota Qviritibus erant, multa a more Romanis recepto non parum diversa, qvæ qvominus propriis nominibus appellarentur, aliisve medio ævo usitatis, religio nulla vetare videbatur.

4) Notas sed paucas addidisse, cætera enim qvæ notatu digna videbantur, conspectui diplomatum inseruntur.

5) Indicem Vocum, qvæ in aliis facile non inveniuntur, magnorum Sevirorum more subjunxisse.

Atqve hæc pro tenui hoc, vigiliarum nostrarum Specimine dixisse sat esto. Tuum erit benevole Lector lapsus corrigere, favereqve

Ex Domo Medicea, d. 2 Martii
MDCCLXXVII.

TUO.

G. JOHANNIS THORKELIN.

CONSPECTUS DIPLOMATUM.

1276. Litteræ Magni IV. Regis Norvegiæ ad Edvardum I. Angliæ Regem, cui ille tres albos gryphofalcones, octo griceos, viginti tymbrias mustelinarum, ciphum argenteum, & (*) caput cetinum integrum cum dentibus, per Jonam militem transmissa, dono dedit p. 158. Ex Bibl. illustriss. Dni de Suhm.

1279. Instrumentum pacis inter Magn. IV. Norvegiæ, &, Edward. I. Angliæ Reges. Apud Winton die mercurii proximo post festum Assumtionis b. Mariæ. ex Tom. IV. Barthol. collat. cum Corp. Diplomat. & Rymeri Actis publicis. p. 44. De hoc foedere Torfæus nihil habet.

(*) Cujus hoc caput fuerit certe, facile patet, si hoc diploma cum Vitæ Kroka-Refij Cap. X. conferatur, ubi. Gunnar sendi Haralldi Kongi thriă gripi: that var hvítabiörn fullrída oc ágiæta vel vaninn. sá annar gripr var tanntabl. oc giört med miklum hagleik. thridi var Rostungs haus med öllum taunnum. hann var allr grafinn oc vída rennt í gullí. tönnur voro fastar í hausnum. var that en mesta gërsumi — Kóngr hyggr at hausnum vandliga oc letz mikit umfinnaz. ɔ: *Haraldo Regi tria Gunnarus cimelia dono misit, ursum album ætatis adultæ, optime domitum: aleam ex dentibus arte summa elaboratam; tertium Caput phocæ, cui* (juxta Linnæum) *dentes lanarii superiores sunt exserti, cum omnibus dentibus, cælatum, & auro cælaturis passim infuso exornatum. Auxerunt dentes capite fixi pretium — Rex Caput attentius contemplatus, rem esse pretiosissimam dixit.* Ex Dentibus,

1280. Litteræ Erici Magni Norv. ad Edw. I. Angliæ Regem, qveis illum de obitu patris sui certiorem facit. Bergis XVI. Kal. Junu. p. 162. ex Bibl. Suhmiana.

1287. Litteræ Edw. I. Angliæ Regis Edmundo Cornubiæ Duci, Custodi Regni Angliæ, qveis eum omnibus ad. Danos Regicidas oppugnandum ire cupientibus, licentiam tribuere jubet. apud Paris XXII Junii anno Regni XIV. pag. 159. ex Bibl. Suhm.

1295. Edw. I. litteræ salvi conductus datæ Haconi Duci Norvegiæ. apud Westmonasterium XV Junii anno Regni XXII. p. 160. Ex Bibl. Suhmiana.

—— Litteræ Haqvini Regis Norvegiæ ad Edwardum I. Angl. Regem, qveis negat posse Petronellæ viduæ Wzillialmi de Gatton, ex bonis Oliveri Comitis de Sarpsborg satisfieri, cum omiserit petitionem, intra annum & diem, a proclamate evulgato computandum, judici familiæ herciscundæ insinuare. pag. 161. ex Bibl. Suhmiana.

1302.

bus, utpote qvi ebur nitore æmulantur, Capulos gladiorum, lituos, aleas, cochlearia, & id genus plura fecerunt veteres. Vid. Solinum Cap. XXII. Snorron. Sturl. in Vita Magni Nudip. Confer Wormii Epistolas passim &, Description de la Grönlande par Mr. Peyrere.

1302. Litteræ Birgeri Sveciæ Regis ad Regem Norvegiæ de Jacobo Hallandiæ Comite, nonis Octobr. pag. 76. ex Tom. IV. Barthol. (ignotæ Torfæo.)

1305. Litteræ ſuper dote & dotalitio Euphemiæ Reginæ Norvegiæ. Bergis, die jejunii proximo poſt feſtum Nicolai p. 72. ex Barthol. Tom. IV.

—— Litteræ Jacobi Comitis Hallandiæ, qveis Haqvino Regi Norv. Caſtra & terras Hallandiæ ſcotat. p. 64. Vid. Hvitf. pag. 325. & ſeqv.

1306. Litteræ Erici Ducis Sveciæ ad Conſiliarios Regni Norv. de Jacobo Hallandiæ Comite, & inimicitiis Regno a Rege Danorum illatis. Wazſtene die Ste Katherinæ. p. 77. Torfæo ignotæ. Vid. Hiſt. Regni Norv. p. 413. & 18.

1307. Litteræ protectoriæ Haconis VI. Jacobo Hallandiæ Comiti datæ. Rationes allegantur injuriæ ſibi eiqve a Rege Danorum illatæ. Has Hvitfeldius Danice pag. 332. Torfæus Latine, Tom. IV. p. 20. exhibent, ſed nonnihil diverſas. pag. 91.

—— Litteræ confoederationis offenſivæ & defenſivæ inter Chriſtophorum Comitem Hallandiæ & Samſöe, ex una parte, & Ericum & Waldemarum Duces Sveciæ, ex altera parte, contra Regem Daniæ. apud Curiam Motorp, ſabbato proximo poſt Aſcenſ. Domini. ex Tom. IV. Barth. pag. 82. Hvitfeld. & Torf. ignotæ ſunt.

1307. Litteræ Erici & Waldemari Sveciæ Ducum qveis se pro mille marchis argenti puri antiqvæ monetæ Noricanæ obstringunt ad Bellum Dano inferendum p. 89.

—— Litteræ Asceri Jonæ & Iwarii Canonici Bergensis qveis se obligant ad solvendum Ducibus Sveciæ eorumve mandatariis, mille marchas argenti puri, & cavere promittunt, ne Rex Norvegiæ cum Rege Daniæ unqvam *concordet*. Kungell. 4. die nativitatis Domini. pag 87.

—— Litteræ mandatoriæ E. & W. Sveciæ Ducum, datæ Siggoni Halsteni ad accipiendum mille marchas argenti puri a procuratoribus Regis Norvegiæ. III Dominica Adventus. p. 87. Hæ tres litteræ *Hvitfeldio* & *Torfæo* fuerunt ignotæ.

1308. Litteræ salvi Conductus ab Hacone VI. E. & W. Sveciæ Ducibus datæ. Bergis die Mercurii ante Dominicam Lætare. pag. 97. adhuc ineditæ.

—— Constitutio Haconis VI, qva Comitum & satraparum dignitatem abrogat, aliaqve plurima, inter qvæ Regestorum Curiæ (*Ting-Protocollers*) introductio merito numeranda est, in communem subditorum utilitatem sancit. Tunsbergi in Vigilia Botolphi. p. 2. Ex Codice Membr. form. max. Leg. Magn. No. 251. cujus in Præfatione ad Jus Eccl. Thorlaco-Ketillianum, descriptionem attuli. Hæc Constitutio apud *Torfæum* Tom. IV. p. 430 latine, valdè corrupta exhibetur.

1309. Instrumentum pacis inter Haqvinum Norvegiæ & Ericum Daniæ Reges. Haffnis in Octavo die Joh. Baptistæ. p. 98. adhuc ineditum.

—— Ratificatio ejusdem pacis ab Erico Daniæ Rege factæ, 5ta feria proxima ante festum b. Mariæ Magdalenæ p. 103. adhuc inedita.

1310. Litteræ Haconis VI, qvibus Jorundum Archi-Episcopum Norvegiæ ejusqve successores a juramento fidelitatis Regi præstando absolvit & liberat. Aslojæ in Octavis Epiphaniæ Domini. *Torfæo* ignotæ sunt.

1312. Litteræ Haconis VI. super dote (**) Agnethæ filiæ suæ, Haftorero Johannis filio in matrimonium datæ. Bergis tribus noctibus post decimam tertiam Diem natalitiorum anno Regni decimo tertio. p. 64. Ex Anthographo. Adhuc planè ignotæ fuerunt.

b 4 13

(**) Qvantam hoc diploma lucem affundat Historiæ nemo non videt, cum *Hvitfeldium*, *Torfæum*, *Holbergium*, *Dalinum*, *Lagerbringium*, latuerit, Haconem VI, præter Ingebörgam Sueciæ Ducem, filiam habuisse. Ex qvo iis crucem fixere *) Haconis Jonæ, qvi suum in Norvegiam Jus abdixit, incerti natales. Oportuit esse eum regio sangvine natum, qvi jus haberet Regi in regno succedendi. Hinc est qvod

*) Vid. Hvidtfeld. p. 370. conf. Holberg. Tom, I p. 493.

13 . Fragmentum teſtamenti. Haconis VI, qvod poſt annum MCCCXII. Euphemiæ Reginæ emortualem conditum eſſe oportet, cum eam *Euphemiam bonæ memoriæ quondam conjugem ſuam* vocet Author, pag. 165. fuit adhuc ineditum.

TABULA

qvod noſtrum, alii **) Norvegum, alii Svecum fuiſſe contendunt; idonea certè utrisqve deſunt argumenta. Litem vero, cujus eſſet, præſcidiſſe dixeris illuſtr. *Dalinum*, qvi conceptis verbis in hunc modum ***) loqvitur. „ *Der Norwegiſche Droſt* Hakon Jonſon (Läma) *ein Sohn* von *dem Schwediſchen* „ Jon Magnuſſon, *und von der Aſa*, *König* Magnus Erikſons *Tochter*, *war darzu ein um ſoviel* „ *näher geborner Erbe*, *als ſein Uhr-Eltervater* „ Knut Jarl, *ſchon vile Stimmen bey einer Norwegiſcher Königswahl gehabt hatte — ihm brachte* „ *die ſlaue Königin dahin*, *daß er ſich aller Anſprache auf den Norwegiſchen Thron*, *entſchlagen* „ *mußte*.„ Sed pace Viri optimi, & qvi eum ſeqvitur, illuſtr. Dni *Sven. Lagerbring*, ****) Haconem illum Haconis VI, ex filia abnepotem fuiſſe, eo magis crediderim, qvô laudato diplomate certior evadit ſubjuncta his Genealogia, qvam ex *Magno Opere Heraldico* Gerh. Erneſti *De Franckenau*, qvod cuſtodit Clementiſſ. Regis noſtri muſæum excerptam debeo mihi amiciſſimo Dno *B*. C. *Sandwig* Regiæ Societatis Genealogico-Heraldicæ membro.

**) Vid. eosd. loc. cit.

***) Hiſtorie des Reiches Schweden. 2 Th. p. 446. conf. pag 138.

****) Kort Samendrag af Staats-Hiſtorien ofwer Dannmark.

TABULA

Genealogiam ſiſtens HACONIS JOHANNIS, qvi juri ſuo in Regnum Norvegiæ renuntiavit Aggerhuſiæ 1388. Vid. Hvitf. 578. Holberg. Tom. II. pag. 493. Dalin. Tom II. pag. 446.

MAGNUS Legum Emendator † 1280.
|
HACON VI. † 1319 Regni 20.

INGEBÖRG, m. Ericus Dux Sveciæ † 1317.
|
MAGNUS Erici vulgo Smeck Rex Norvegiæ Sveciæ &c. † 1374.
|
HACON VII. Rex 1344. † 1380. u. Margaretha Waldemari filia. † 1412.
|
OLAUS. Rex Norvegiæ, Daniæ, Sveciæ. mort. 1387.

AGNES notha, m. Hafthor Jonæ.
|
JOHN Hafthoris.
|
HACON JONÆ, qvi juri in Norvegiam coactus fuit a Margaretha, poſt mortem Olai filii, jurejurando renuntiare.

1318. Placitatio inter Norvegos & Hamburgenses. Tunsbergi 2. Kalend. Augusti. p. 112. *Torfæo* ignota.

1319. Instrumentum electionis Magni Erici (in Regem Norvegiæ Asloæ. 4. 5. 6. Julii p. 48. *Torfæo* ignotum. Vid. pag. 453 & 54.

1321. Placitatio super maritagio inter Euphemiam, sororis Magni Sveciæ Regis, & filium Comitis Magnipolensis, apud Castrum Baghahus feria sexta proxima post diem b. Mariæ Magdal. p. 113. Cum his eædem sunt litteræ reversales Henrici Ducis Magnopolensis ac Stargard. *Torfæo* ignotæ.

1322. Litteræ, qveis Erlingus Wikunni filius in Custodem Regni Norvegiæ eligitur. Osloæ die Dominica Ante feriam diei intercalaris. pag. 174. Ex charta manu b. A. Magnæi, secundum Cod. membr. coæv:. qvi olim pertinuerat ad Ecclesiam Bergensem. Has litteras ignoravit *Torfæus*.

1326. Instrumentum pacis inter Noricos & Rutenos (ex Tabula manu b. A. Magnæi, qvi hoc ex Cod. laudato exscripsit.) 3 nonas Junii p. 60. hactenus qvantum constat ined.

1327. Litteræ Canuti Porſii, directæ Civibus Bergenſibus ſuper ablatis a ſe reditibus qvibusdam per Erlingum Vikunni Norvegiæ Dapiferum. Syoburgi 6 feria proximâ poſt diem Sti Dyonyſii p. 81. adhuc ined.

—— Ejusd. litteræ Audfinno Epiſcopo Bergenſi ſuper pace, Kaupmannhaffnis die 4 Paſcæ. p. 79. inedit.

—— Inſtrumentum pacis inter Norvegos & Canutum Porſium die Sanctorum Viti & Modeſtini Kongældam Dominica proxima poſt feſtum Trinitatis. p. 118. inedit.

[1341] —— Litteræ Lubicenſium, qveis data ſibi a Regibus Norvegiæ privilegia confirmari petunt. pag. 120. adhuc ineditæ.

[1341] —— Litteræ Magni Norvegiæ & Sveciæ Regis ad Conſiliarios Regni Norvegiæ ſuper inſolentiis qvorundam Civium Hanſeaticorum Advocato Regio illatis. p. 119.

1336. Litteræ Magni Norv. Svec. Gothor. Regis, qvibus Teſtamentum Haconis avi ſui confirmat. Tunsbergi die Lunæ proximo poſt Feſtum Michaelis anno Regni. 17. p. 170. inedit.

1439. Litteræ Erici Norvegiæ, Daniæ & Sveciæ Regis, qveis Sigword Jonson constituit Regni Norvegiæ Custodem, sub conditione fidelitatis, sibi, & Bugeslao Pomeraniæ Duci, olim successuro præstandæ. Datum in Castro Wisborgh feria qvinta proxima ante festum nativitatis b. Mariæ Virginis. p. 123. *Hvitfeldio, Dalinoqve* ignotæ.

1441. Litteræ Londinensium in Anglia, qvibus navim a Norvegis detentam sibi restitui petunt. Londini 1 Julii p. 22. Rymero ignotæ.

1442. Litteræ Aslaci Archiepiscopi Norv. qvibus Mercatoribus Anglis Privilegia nundinarum conceduntur. Bergis in Vigilia Sti Matthæi Apostoli & Evangelistæ. p. 126.

1443. Litteræ Anglorum Norvegis missæ, qveis injurias sibi illatas conqveruntur. Lenn. 19 Julii. p. 128.

—— Responsum a Consiliariis Regni Norvegiæ datum. p. 130.

1443. Litteræ Aslaci Archiepisc., qveis contrahit cum Anglis, ut tres campanas fundant, Bergis die b. Gergorii martyris. p. 132. 1446.

1446. Litteræ Circulares ad Consiliarios Regni Norvegiæ comitia indicentes. Bergis in profesto beatorum martyrum Cosmæ & Damian pag. 133.

1448. Litteræ Consiliariorum Regni Norvegiæ ad Cives Londinenses, Lenn. & Bostonenses in Anglia, qveis declarant Regnum Norvegiæ inimicitiarum eos inter & Regem Daniæ intercedentium, particeps non esse. Bergis. pag. 135. Hvitf. ignotæ.

1449. Capitulatio Caroli Canuti Sveciæ Regis Norvegis data. Thrandhemiæ die Jovis proximo post festum Clementis. p. 136. Danicè habetur apud *Hvitfeld.* p. 849.

1460. Litteræ Christiani I, qveis Olaum Episcopum Holensem Qvæstoris munere apud Skagafiördenses investit. Hafniæ in vigilia sancti Andreæ Apostoli. p. 140. adhuc ineditæ.

1476. (*) Litteræ qveis Consiliarii Regni Norvegiæ petunt, postulantqve injurias ab Anglis, Civibus Hansæ

(*) Hic in manuscr. Bartholini error adsit, necessum est ita ut pro MCCCCLXXVI. ponendum sit MCCCCLXXXVI. qvid


Hansæ in Islandia mercaturam exercentibus illatas resarciri. Bergis 6 nonas Martias. p. 142. *Hvitfeldio, Rymeroqve* ignot. & adhuc ineditæ.

1476. Eorundem Litteræ ad Henr. VII. Angliæ Regem de eodem. pag. 146. *Hvitf.* ignotæ.

1481. Litteræ qveis Biörnonem Thorlesi præfectum Islandiæ constituunt Consiliarii Regni Norvègiæ. Bergis die Lavacri proximo post festum Sti Bartholomæi pag. 149. adhuc ineditæ.

1504. Litteræ Consiliariorum Regn. Daniæ & Norvegiæ, (qvorum nomina recensentur) qveis Stenonis Sturei Asseclæ in Majestatem Regiam contumaces judicantur. Calmariæ festo b. Joh. Baptistæ. p. 151. Danicè apud Hvitfeld. p. 1057.

qvid enim facilius, qvam numerus denarius per τὸ X indicandus omitteretur, qvod vel ipsum monet nomen Henrici VII, qvi anno Domini 1485 regnare primum coepit. Idem valet de seqventibus litteris.



ERRATA.


Pag.	Lin.		
3 —	16	pro diſtrĉti	lege diſtracti.
6 —	16	grafir	giafir.
19 —	13	audendi	audiendi.
21 —	7	qvodmodo	qvomodo
——	12	novim	navim.
	cuſtos	untio	unciam.
27 —	3	Candelarii	Lychnophori.
29 —	8	Candelarii	Lycnophori.
39 —	2	admonemus fideles	admonemus, ut fideles etc.
41 —	6	tueamini	tuemini.
45 —	10	regnarum	Regnorum.
65 —	13	proporibus	Propioribus.
72 —	23	hæimanfylgui	hæimanfylgiu
94 —	11	lege: latina verſio apud Torfæum ad Danicam Hvitfeldii facta etc.	
——	25	viris	viros.
——	29	pungarent	purgarent.
128 —	2	MCCCXLIIII	MCCCCXLIIII
146 —	5	Henric. VI.	Henric. VII.
166 —	32	faminini	foeminini.

Siqvæ ſunt alia, hæc benevolus emendabit ipſe Lector.

OBSER-

OBSERVANDA.

Litteris a pagina 158. ad paginam 164 inclusivè ex authenticis Turris Londinensis manu propria exscripsit b. · *T. Kleve* post nobilis *de Klevenfeld.* Has cum multis aliis, iisqve rarissimis documentis sub hasta redemtas suæ inseruit Bibliothecæ Vir illustriss. Dnus *Pet. Frid. de Suhm*, qvi easdem in remp. litterariam edendi gratiosissimam mihi dedit veniam.



ANALECTA

AD

JUS PUBLICUM ET FEUDALE

REGNI NORVEGIÆ.



Hakon med Guds miſkunn Noregs konúngr ſendir óllum Guds vinum ok ſinum i Noregs konungs ríki, theim ſem thetta bref ſeá edr heyra, Qvedio Guds ok ſína. That ſe ollúm mönnum kunnigt at ſakir framferda ymiſra manna er haft hafa wid vára thegna bædi i bernſku ockarra brædra ok ſva nu vm ſtund ſidan. tho at ver hafim æi ſva eptir ſed ſakir mikillar fiolſkylldu landzins naudſynia ſem til heyrdi ok várr vili væri til. tha wer tokum allt Noregs

Hakon med Guds Naade Konge til Norge ſender alle Guds og ſine Venner i Norges Konge-Rige, ſom dette Brev ſee eller höre Guds og ſin Hilſen. Det være alle Mænd vitterligt, at formedelſt ad-

Constitutio Haconis Magni filii ex Cod. in fol. No. 351. Legat. Magn. in Bibl. Univers. Hafniensis.

Hacon Dei gratia, Rex Norvegiæ, omnibus Dei & ſuis amicis in Regno Norvegiæ conſtitutis, qvi has literas legerint, ſive audiverint, Dei, ſuamqve ſalutem mittit. Notum ſit omnibus, Nos incommodo, qvod nonnulli, dum Nos fratres minores eſſemus, qvin & poſtea, (Nos enim, patriam noſtram hæreditatem, Regnum Norvegiæ adeuntes, minorem, qvam oporteret, aut animus ferret, curam adhibuimus, qvippe qvi variis Regni negotiis diſtrcti eramus) in ſubditos noſtros exercuerunt,

adſkillige Mænds Opförſel imod vore Underſaatter, ſaavel i vore Brödres Mindreaarighed, ſom og nu omſtunder ſiden. ſkiönt vi ikke have ſaa nöye efterſeet, formedelſt Landets mangfoldige Nödvendigheder, ſom burdte, og vor Villie var til, da vi toge

Noregs konungs Riki fodurleifd vára off til forráda. Allar fyslur vm allt landit se nu vndir off kalladar med thessu váru brefi. Stiorn hirdar várrar vilium wer at mest se vndir off. en off til letta skipum wer *Asulf Aslaksfun* merkismann varn. ei minkandi i thessu stett ok nafnbót herra *Ogmundar Aslaksfonar.* thetta minna várt jnsigli skipum wer *síra Roari Oláfs* syni kancellario med XV marka rentu. *Síra erlendi styrkársfyni.* skipum wer fehirdi várn med XX marka rentu. Jarla nöfn ok lendra manna vtan konungs son-

alt Norges Kongerige, vores Fædernearv til at forestaae. Alle Sysseler over hele Landet, kaldes nu under os med dette vort Brev. Vores Hofs Bestyrelse ville vi at fornemmeligst skal höre under os. Men os til Lettelse, beskikke vi *Asalf Aslakson*, at være vores Bannermester, uden at formindske her udi Herr *Ogmund*

1) 135 imperiales monetæ currentis, qvorum singuli 96 solidos valet.
2) 180 imperiales.
3) Ducum ergo, de qveis Jus Aulicum Cap. XI. XII. dignitas seu eminentior, tacite abrogata. de Jarlis vid. Juris Aulici Cap. XIII. XIV. XV. XVI. ubi præ cæteris notabilia mihi videntur bina in Cap. XIII. loca,

erunt, imperio commotos, provincias per totum regnum, omnes ac ſingulas, nobismet ipſis adminiſtrandas, literis hisce revocare. Præfecturam palatii a nobis plurimum dependere placet; Nobis vero Vicarium eſſe jubemus *Aſulfum Aſlaci* filium vexillarium noſtrum, nihil per hoc derogantes ſtatui ac dignitati, Domini *Ogmundi Aſlacifilii.* Sigillum noſtrum minus, cum 1) qvindecim marcarum reditibus, *Domino Roari Olavi* filio, noſtro Cancellario, concredimus. Dominum *Erlendum Styrkari* filium, noſtrum conſtituimus theſaurarium, cum 2) viginti marcarum reditibus. Titulos 3) Jarlorum & ſatra-

mund Aslaksſens Stand og Værdighed. Detre vort mindre Segl, tiltroe vi Herr *Roar Olavſen*, vor Canceller, med 15 Markers Rente. Herr *Erland Styrkarſen* beſkikke vi vores Skatmeſter, med 20 Markers Rente. Vi forbyde hermed offentlig at Jar-

loca, utriqve Regi eundem in Jarlos Animum commonſtran, verba hæc ſunt: *Sapientioribus, Reges ſæpe viſi ſunt, Jarlorum, aut in ſe, aut in parentes ſuos fraudes expertum eſſe;* & paulo poſt „ *Certe conſtat neminem ſæpe in Norvegia fuiſſe Jarlum, id qvod bono publico ſemper evenit, nam perraro mutata eſt in melius, ſub pluribus dominis plebeculæ conditio.* plura de Jarlis infra.

ſonum, ok jarlinum af orkneyium. tokum wer af opinberliga at nockurir geriz hedan af. En their ſem nu eru lendir menn halldi heidur ſinum ok rett vm ſina daga. Hina kollum wer ſanna landráda menn at hedan af ráda thui vngum Konungi at fleiri ſe höfdíngiar í weralligu valldi j noregs konungs riki en af rettu ætterni ero komnir. Höfum wer nu ſva ſkipan á gert. at huerr ſem tekr ſyſlu af konunginum. ſkal hedan af wera ſkyldugr at halldo honum ok hans hundrat manna koſt af ſiálfs ſins goz medan hann duelſt í hans ſyſlu at gera rett manna j milli. Skylldar grafir og álögur ſyſlu manna tokum wer af vm allt várt riki. eptir thvi ſem gamla lögbok vattar. Huerr ſyſlumadr ſkal wera ſkylldugr at hallda konunginum

Jarler og Baroners Navne tillægges nogen uden Kongeſönner og Jarlen af Orknöerne, efterdags. Men de ſom nu ere Lendemænd ſkal beholde deres Værdigheder og Rettigheder om deres Dage. Hine kalde vi ſande Landsforrædere ſom herefter raade den unge Konge at beſkikke flere verdslige Hövdinger i Norges Kongerige end ſom af Födſelen, rettelig ere dertil berettigede. Saaledes have vi forordnet, at en-

traparum, aliis, qvam Principibus Regis filiis, & Orcadum Comiti, posthæc conferendos, solenniter abrogamus: ad dies tamen vitæ, dignitate & jure suo perfruuntor, qvi jam sunt satrapæ. Veros esse perduelles declaramus, qvi Regi juveni consilium dederint, plures principes seculares in Norvegiæ Regno constituendi, qvam qveis ipsa nativitas istos honores adserit. Eam qvoqve ediximus legem, qva singuli a Rege præfecturas accipientes, posthæc Regem, cum centum suis satellitibus, qvamdiu causis in provincia illis demandata, decernendis, immoratur, propriis impensis alere, obligantur. Exactiones & onera a prætoribus, subditis indicta, per totum Regnum, secundum 4) juris antiqvi Codicem, abrogamus. Singuli prætores obligati sunto, qvi tot Regi milites, com-

enhver som tager et Syssel af Kongen, skal herefter være pligtig at föde ham og hundret Mænd af egne Midler, saa længe han forbliver i hans Syssel for at kiende og dömme mellem Indbyggerne. Andre Fordringer og Paalæg, ophæve vi over vores hele Rige efter den gamle Lovbog. Enhver Sysselmand skal pligtig være at forskaffe Kongen hver gang han byder,

4) Vid. Cod. Gulathingensem Magni Ll. Emendatoris. Tit. de Expeditionibus bellicis faciendis Cap. I.

num huern tima er hann krefr ſva marga menn at viſtum ok thvilikum vapnum ſem ſueinar várir eigu at hallda ſem hirdſkrá váttar af huerri ſkipreidu vm allt landit. Vardhalld ſkúlú their ok hallda láta af hverri ſkipreidu huern tíma er their koma til konungs. ſùa ſem war vm födur vars daga. En til theſs at ſyſlu menn várir ſe theim mun geymnaré. betri ok rettlátare wid almugann. huer j ſinni ſyſlu. ſkal ſenda tua ſkilrika menn af gardinum j huern thridiung landzins ef wer komum ægi ſiálfir. tha ſkulu their tueir er til eru ſkipader at ſkoda rannſaka vm ſinn á huerium tolf mánudum med ſkynſemd ok athuga hueria framſerd their hafa wid vára thegna. ok

byder, ſaa mange Mænd med ſlig Proviant og Vaaben, ſom vore Svende efter Hyrdſkraaens Lov bör have af hver Skibs Beſætning over hele Landet. De ſkal og lade af hver Skibs Beſætning holde Vagt hver Time de komme til Kongen efter den Sædvane ſom var i vor ſal. Faders Dage. Men paa det at Syſſelmændene ſkal blive deſto omhyggeligere, bedre og ret-

5) Vid. Cap. XXV. impreſſ. in 4 Hafn. 1673 pag. 260 & 487. conf. XXXVI. pag. 272 & 493.

commeatu, atqve armis instructos, qvandocunqve jusserit, mittant, qvot ex 5) jure Aulico, de singulis, per totum Regnum, in rem navalem expediendam, societatibus descriptis, ciere tenentur officiales Regii. Excubias, ex singulis societatibus navalibus, ubi ad Regem veniunt, fieri curanto, qvemadmodùm 6) tempore Patris nostri obtinuit. Nobis, qvò diligentiores, faciliores, & æqviores civibus probentur prætores, singuli in suis provinciis, duos conspicuæ fidei viros, ex palatio, in singulos Regni trientes delegare placet, si Nos, ipsi non adfuerimus. Horum uterqvè ad inspeciendum causas delegatus, singulis duodecim mensibus, bona cum ratione & attentâ curâ, examinanto illorum cum subdi-
tis

retfærdigere imod den meenige Mand, hver udi sit Syssel, da skal tvende oprigtige Mænd fra vores Hof bortsendes til hver tredie Deel af Landet, om vi selv ikke skulde komme. Da skal de to som dertil ere befalede, efterfee og opdage med Forstand og Agtpaagivenhed paa hver 12 Maaneder, hvad for Opförsel de have brugt imod vore Undersaatter. Og
A 5 der-

6) ibid. Cap. XLVI. pag. 325 & 527.

ok ef their finnaz lögliga ok linliga fram hafa farit wid almugan. tha ſkulu their hallda ſyſlum ſínúm medan their lifa. nærr meirr ſkulu ok theirra ſynir wera ſua framt ſem their briota ægi wid konungdominn ok vára thegna. That ſkulu ſyſlúmenn várir allir vita at ef their gleyma rett at gera. edr vilia ægi rett gera ſakir einhuera luta thegar their werda til ſkipadir. ok kemr that mál til war ok werdr nidr ſett á várum Gardi edr j odrum ſtad thar ſem wer erum nærr. eda várt rád at wer vilium ſiálfir thann ſakar eyri taka er thar er af. vtan ſyſlumadr ok hans vmbodsmadr ſyni med ſkilrikum váttum at hann gat ægi heima yfir tekit ſakir thriozku werianda. eda einhuerra lögligra fofalla. Eigi vilium wer at

derſom de befindes lovmæsſig, og ſagtmodigen at have handteret den menige Mand, da ſkal de beholde deres Syſſeler i medens de leve. Deres Sönner ſkulde og være nærmere berettigede ſaafremt de ikke begaae nogen Forbrydelſe imod Kongdommen og vore Underſaatter. Det ſkal alle vores Syſſelmænd vide, at hvis de ſkulde glemme at giöre Ret, eller ikke vilde giöre Ret i enhver Sag, naar de blive derom anmodede. og kommer den Sag for Os, og bli-

tis noſtris converſationem: qvi juſté ac moderate in provinciales egiſſe viſi fuerint, in officio ad vitæ dies permaneant; qvin & horum filii, ſi in Nos, noſtrosqve ſubditos nihil deliqverint, aliis præferantur. Sciant certe Prætores noſtri, Nos, ſi jus facere neglexerint, noluerintve delegati, & ea cauſa ad Nos delata in Prætorio noſtro, aliove loco, præſentibus Nobis & ſenatu disponatur, omnes ex capite ejus mulctas exacturos eſſe, niſi Prætor, fide dignis probaverit teſtibus, non potuiſſe cauſam in foro ordinario, propter contumaciam rei, aliave impedimenta legitima, judicari. Nolumus

bliver paadömt ved vores Hof, eller paa et andet Sted hvor vi eller vort Raad ere nærværende, at vi ſelv ville tage det Sagefald ſom deraf kan falde; uden ſaa er at Syſſelmanden eller hans Fuldmægtig kan med lovfaſte Vidner gotgiöre at han ikke kunde formedelſt den Skyldiges Opſætſighed, lovmæsſigen afgiöre Sagen paa Herredstinget, eller andre lovlige Forhindringer. Vi ville ikke at I have herefter den Sædvane

at ther hafit tharin fid hedan af. at ther takit *bref af gardinum* til huers máls er ther eigit rett at gera af. eda á thingum framflytia. vtan full thörf fe til theff at *iafna theirra manna j millum er af werda teknir*. Biodum uer ok at ther fyflumenn latit fkoda fem fkilrikiligaz eitt finn à XII manadum huer i finni fyflu ok fkráfetia huerir aftoku. eda med huerium atburd that vverdr. greinandi upphaf vidrattu theirra. ord. afkilnad. auerka. gridaftadi. ok viglyfing. ok fendit fua til vár j einu *kuaterni* innfiglat med fyflumannz innfigli. thar ok fem fyflu madr tholir fueinum finum ologligar framferdir vid vára

vane at tage Brev fra Hoffet til enhver Sag fom I have at fige Ret udi, eller fuldföre til Tinge, med mindre at Nödvendigheden fkulde det udkræve, for at giöre Forligelfe imellem dem fom blive rettede. Vi befale og, at I Syffelmænd, hver i fit Syffel, lade efterfee nöyagtigen engang paa 12 Maaneder, og optegne deres

7) *Literæ ex Palatio datæ*, fuiffe videntur *Commiffaria* fev mandata, qveis Prætores, hactenus, jus facere nolentes, ad officium cogebantur.

8) Hic intelligi crediderim foedus Authore prætore inter hæredes mortui, & homicidam, ejusve hæredes initum.

mus uos eô posthæc more uti, qvo 7) *literas ex Palatio*, ad singulas, qvæ jure vobis discutiendæ, aut in judicium deducendæ fuerint, causas, petivistis, nisi plena necessitas adsit, ut conventio 8) eos inter erigatur, qvi sublati fuerint. Jubemus vos Prætores, in sua qvemqve præfectura, peracta semel singulis duodecim mensibus inqvisitione, curare in tabulas referri cædium auctores, & modum; describendo initium negotii eorum, verba, litem, læsionem, asyla, & 9) cædis denuntiationem, qvæ omnia ad nos in *qvaterno*, Prætoris sigillo, munito mittuntor. Siqvis Prætor patitur suos satellites injustas, in subditos

deres Navne som have begaaet Mandrab, eller under hvad Omstændigheder det blev, opregnende Begyndelsen til den dem imellem opkomne Sag, Ord, Trætte, Skade, Fristæd, Drablysning, samt tilsende os det i en Bog forseglet med Syssel mandens Segl. Ligeledes hvis Sysselmanden taaler at hans Tienere opföre sig

9) Vid. Legum Gulath. Cap. XI. Tit. de Jure Person. ubi, Percussor tria a loco cædis factæ prædia, sine cædis proclamatione, non præterito. si cædem ita non proclamat, cædis clandestinæ reus esto, pace & bonis exuendus.

vára thegna. tha ſuari hann fyri tha theirra lögbrötum. vtan hann ſyni med ſkilriki. at that waro ægi hanns rád. ok hafi alldri thann ſidan i ſinni ferd. eda wernd er oſpekt gerdi. Riddarar their ſem ſtodu hallda ſe atgeymnir ok *fagrferduger* ok konungi ſem næſtir. theſſ i millum er their gera hans erendi ok ſitt ſtarf ok naudſyn. vtan hann lati ſegia theim *at hann vili heimoliga wera.* Skulu their hafa ſinn ſuein huer theirra á wárn koſt. thar ſem einginn hafdi adr. *medan their hallda ſtoda.* tho at ſyſlumadr halldi *ſtodu.* tha ſkal hann ægi fleiri ſueina á konungs koſti hafa en einn.

ſig ulovlig mod vores Underſaatte, da ſvare han ſelv for deres Forbrydelſer, med mindre han kan gotgiöre med ſkiællige Beviſer at ſamme ikke har ſkeet ved hans Tilſkyndelſe; dog maae han aldrig ſiden have den Mand i Fölge med ſig, eller i ſin Beſkyttelſe, ſom ſlig Tummel har foraarſaget. De Riddere, ſom giöre Opvartning, ſkulle være omhyggelige, og pyntede, og være Kongen ſom nærmeſt, naar de ellers ikke giöre hans

10) Hi olim *Skutulſveinar* ɔ: dapiferi vocabantur usqvedum Magnus Legum Emendator Eqvitum eos titulo deca-

tos noſtros, exercere inſultationes, delicta eorum ipſe luat, niſi evidenter probet, neutiqvam hoc ſuo factum eſſe conſilio; nec eum, qvi tumultum excitavit, in ſuo ſatellitio, tutelave, amplius habere debet 10). Eqvites nobis miniſtrantes attenti, ſemper ornati, atqve Regi per intervalla, qveis a negotiis Regiis, labore & operibus, qvæ propriam eorum necesſitatem concernunt, vacant, qvam proximi ſunto; niſi eos certiores fieri curet, ſe in ſeceſſu eſſe velle. Horum qvisqve dum miniſtrant, ſuum famulum, noſtris impenſis alendum habeat, modo neminem antea habuerit. Prætor nobis miniſtrans, unico tantum famulo, noſtris impenſis ſuſtentando utitor. No-

hans Erender, eller deres eget nödvendige Arbeide, med mindre han lader dem ſige, at han vil være hemmelig. Hver af dem ſkal have en Svend paa vores Koſt, der ſom ingen havde tilforn, ſaa længe de have Opvartning. Omendſkiönt Syſſelmanden giör Opvartning, da ſkal han dog ikke have flere end en Svend paa vores Koſt. Det befale vi og, at

decoraret De his. vid. Juris Aul. Cap. XXIV. p. 164. & 462. Confr. Cap. LII pag. 343 & 532.

einn. That ſkipum wer ok at lögmadr fari med ſyſlu manni tha er hann ferr at retta menn j ſyſlu ſína. ok hafa II. ſueina á theirra koſt ſlikan ſem ſyſlumadr hefir. Einn klerk ſkulu their bádir hafa thann er ſkrái alla doma ok laga orſkurdi er lögmadr ſegir manna j millum ok geri bref eptir ſerhueriüm laga orſkurdinum. einſliga vndir hans jnſigli. ok táki their that ſem orſkurdinum tilheyra. En ſyſlumadr ſkráſeti i *kuaterni* huern dom ok laga orſkurd eptir thui ſem bref lögmanz vátta. ſuo at thui ſidr megi domarnir ok orſkurdirnir gleymaz. Ok taki klerkr hálfa ortug forna af hueriu brefi. vtan hann ſe ſua fatækr at hann orki ægi at leyſa ok hafi tho bref ſitt. Slikt ſkal ok hafa ſyſlumanna klerkr fyri ſitt bref. En fyri huartueggia theirra innſigli ſkal ecki gefaz; thuiat

at Lavmanden ſkal fölge med Syſſelmanden, naar denne reiſer over Syſſelet, for at ſige Ret mellem Indbyggerne i ſit Syſſel, og have to Svende paa deres Koſt, ligeſom den Syſſelmanden haver. En Klerk ſkal de begge have, ſom ſkal ſkrive alle Domſlutninger og Reſolutioner ſom Lavmanden ſiger mellem Indbyggerne, og ſkrive hvert Affigt paa et Brev for ſig under hans Segl, og ſkal de annamme Brevet, ſom Affigten angaaer. Men Syſſelmanden ſkal ſkrive i en

Nomophylacem etiam jubemus comitari Prætorem lites ſibi competentes deciſum euntem: famulis ille duobus utatur, qvi impenſis litigantium, famuli inſtar Prætoris, aluntor. Clericum ambo unicum habento, ſententias, aliasqve legitimas Reſolutiones exſcripturum; ſingulasqve ſingulis, qvas pars, cujus intereſt, Nomophylacis ſigillo munitas reportabit, literis mandaturum. Cæterum Prætor, unam qvamqve ſententiam, legitimamqve Reſolutionem, ad tenorem literarum Nomophylacis, in qvaternum referat, qvominus ſententiæ & reſolutiones iſtæ oblivioni pereant. Clericus pro ſingulis literis dimidium ortugæ veteris capiunto, niſi pars pauper fuerit, & qvidem literas redimendo impar, nihilominus eas ſibi habiturus. Idem pro labore ſuo, clerico Prætorum debetur. Pro ſigillis utriusqve nihil dator, qvippe qvi

Carolus Epiſcopus, Venerandus Dominus Nidroſiæ Archiepiſcopus in ordinationem ſuam, munusqve ſacerdotale promiſit, & Ivar Olavi filius Cancellarius, Petrus Andreæ filius, Sæbiörnus Helgii, Snarus Aslaci filius, Erlingus Vikunnæ filius, Paulus Erici filius Vexillarius, Eilifus de Nauſtdalis, Siughurdus Ormii, Biarnus Auduni filius, Finnus Ögmundi filius, Ivarus Ögmundi filius, Johannes Biarni filius, Smidus Eirici filius, Thrandus Havardi filius, Haqvinus Thoreris filius, Gauthus Iſaaci filius, Sigvatu de Leirholis, Aunundus Borgaris filius, Thorvardus Hallvardi filius, Thorgeir Simonis filius, Aſlacus Olavi filius, Gudthormus Kolbiarni filius, Gudthormus Helgii, Andreas Kyringer, Siughardus Johannis filius, Hallkelus Hallkeli filius, Haukus Erlendi filius, Vigleikus Bardi filius, Guthormus Sighurdi filius & Eindridus Petri filius, Barones, & Eqvites in Norvegia, ſuo, Norvegiæqve Regni incolarum nomine in ſacro ſancta Evangelia jurârunt eodem, qvo nos Sveci modo, hanc ſanctionem fideliter & indiſſolubiliter in omnibus punctis a Norvegiæ incolis ſervandam fore. Si autem Norvegiæ Regni incolæ hanc ſanctionem violaverint, tunc Arbitrio Dni Archiepiſcopi Uppſaliæ, Epiſcopi Lyn-

 kau-

kaupangi er fulc valld fengo, at their mætto fyrſagda Noreghs konghs Ríkis biſkupa lendamenn oc riddara forboda oc banſetia. oc banni thæirra lyſa láta bæds um Noreg oc Svíaríki. Oc ſömolæidis logdom ver fyrſaghdir menn af ſviariki aff halfo allra Svíaríkis manna undir vald oc dom herra erchibiſkups i Nidaros oc biſkups i Stavangri medr ſama hette ſem fyr ſeghir. oc til ſans vittnisburdar ſetto virdholighir herra Erchibiſkup i Nidaroſe, Karll biſkup i Lynkaupanghi, Biſkup i Stavangri oc ver allir adrir fyrnefndir Sviarikis riddarar var inſigli med almenniligho rikins rádz i Noreghi incigli firer thetta bref er gört var i firſaghdom ſtad degi oc ári.



kaupangriæ ſua ſponte ſe ſubiecerunt qvibus conceditur poteſtas prænominatis Norvegiæ Regni Epiſcopis, Baronibus & eqvitibus interdicendi, eosdemqve banno feriendi, qvin & excommunicationem per Norvegiam Sveciamqve denunciandi. Et ſimiliter nos antedicti omnium Sveciæ Regni incolarum nomine, poteſtati atqve arbitrio Nidroſiæ Archiepiſcopi & Stavangriæ Epiſcopi, antedicto modô ſubmiſimus, & in verum hujuſce negotii teſtimonium, Venerabiles Domini, Archiepiſcopus Nidroſiæ, Carolus Epiſcopus Lynkaupangriæ, Epiſcopus Stavangriæ, nosqve omnes prænominati Sveciæ Eqvites, Sigilla noſtra cum conſveto Norvegiæ Regni ſenatus ſigillo, has literas, qvæ eodem loco die & anno ut ſupra, ſcriptæ ſunt, munivimus.



COMPOSITIO ET PAX, FACTA INTER NORICOS, ET RUTENOS, ANNO DOMINI M. CCC. XX. SEXTO.

Nuntius Magnifici principis, Magni Norvegiæ, Svetiæ, Gotorumqve Regis, nominatus Haqvinus, conformavit pacem ex parte totius Regni Norvegiæ cum Epiſcopo Nogardenſi, nomine Moyſe, & cum Borgravio Olphórmöy, & cum duce Aſtaphio, & cum omnibus & ſingulis Nogardenſibus, ſicut prius fuerat inter prædeceſſores noſtros.

Ubi Regis Norvegiæ terra & aqva ſua extenderit ſe, ibi debent Norici pertranſire, inhabitare & agnoſcere terram ſuam & aqvam, ſecundum antiqvam terræ conſiderationem vel diviſionem.

Item ſi Norici transgreſſi ſunt antiqvam terrarum ſignationem vel diviſionem iſtis annis, debent dimittere ac reddere Rutenis terram ſuam per oſculationem Crucis.

Item Nogardenſes non debent transgredi antiqvam terrarum ſignationem & diviſionem, per oſculum Crucis, & ſi transgreſſi ſunt, reddere debent ſimiliter Noricis terram ſuam.

Item qvando nuncii veniunt de Nogard ad Regem Norvegiæ, debent dividere terras ſecundum antiqvas terrarum ſignationes & diviſiones, per oſculum Crucis, ſicut unus qvisqve tenetur habere terram ſuam. Iſtam autem diviſionem terræ committimus Deo

Deo ac Regi Norvegiæ, qvaliter ut velit, dividat ſuper animam ſuam.

Item dampnum qvod Norici fecerunt Nogardenſibus, in terrâ vel in aqvâ, vel in homicidiis, vel in aliis dampnis, Nogardenſes non debent hoc vindicare, neqve ducere ad memoriam. Et ſi Nogardenſes aliqvod dampnum fecerint Noricis, ſimiliter & Norici non debent excitare ad memorandum.

Item ſi Norici transgrediuntur metam & diviſionem terrarum, volentes mala facere & è contario, ſi Nogardenſes terrarum diviſionem transgrediuntur de ſuâ terrâ in Noricorum (ad) malè faciendum; tales ſic volentes mala facere, debent corripi ac compeſci ſecundum Crucis oſculationem, pacem non infringendo.

Item hoſpites de Norvegiâ debent tranſire verſus Nogard & Sanlöke, ſine omni impedimento. Pt ſic è contrario, hoſpites de Nogard & Sanlöke debent tranſire verſus Norvegiam, ſine omni impedimento.

Item pax iſta eſt facta & firmata per. X. annos. Et ſuper iſtam pacem oſculatus eſt Cruem Borgravius ac Dux prædicti, ex parte omnium Nogardenſium.

Item Haqvinus, nuncius prædictus, oſculatus eſt Crucem, ſuper pacem iſtam, ex parte Regis Norvegiæ ac totius Regni Norvegiæ.

Inter iſtam pacem factam, fuit Vernekinus interpres.

Et

Et ſicut pacem Nogardenſes cum Noricis fecerunt, in eàdem pace ſunt & illi de Sanlöke.

Item qvicunqve infregerit iſtam oſculationem Crucis, vindicet ac judicet eum Deus.

Super iſtam pacem, annis præſtatutis firmius duraturam, ſigilla prædictarum perſonarum, videlicet Epiſcopi, Borgravii, ac Ducis, præſentibus ſunt appenſa. Datum & actum Nogard. Sub Anno Domini M. CCC. XX. Sexto. III. Non. Junii.



LITE-

LITERÆ ALIQVOT HISTORIAM REGNI NORVEGIÆ ILLUSTRANTES.

LITE-

LITERÆ SUPER DOTE AGNETÆ HACONIS FILIÆ.

Hacon med gudz miſkun Noregs kongr ſon Magnus kongs ſændir allum monnom thæim ſem thetta bref ſia edr hoyra qvedo gudz oc ſina. ver vilium at ther vitir thoat ver gæfuom theſſar jarder hæiman med Agnæiſi dottor vare er ver giptum herra Hafthore Jóns ſyni, er ſua hæita j veſtra gardenom. j ſundz ridi thriu ſpön oc eyrir. j fröyhofsſokn af borgyn tuau ſpön. j vlloom veſtan gardenom. fiughur ſpön. pladum eng tuæir aurer. J thriukſtadum. halfan ſetta öyrer. J lunda ſokn af vittale nordre halfan eyrir. af ſydra vittale halfan annan oyrer. j hofs ſokn birkiflæti tu aura. j enda j maltlauſa græini atta örter. j ſkiáthvætti fiughur ſpön. j eſndridaradi han thridia oyrer. jtem j ſiofuarlyd j neſſokn halft timber ſkumma (forſan ſkinna) j audundarrudi thriu ſpön oc halfer thridi. j haugalyd hauſſælda. j læm af otſtodum thriu ſpön. tha hafum ver thær aftertækit vndir kongdomen til æfinlegrar æignar. En thæim herra Hafthori oc agnæiſi dottor vare hafum ver gefuet after i mot med ſama ſkilordi ſæx marka bol j ſuikuneſæ i ſolöyum. med allum thæim lunnindum ſem til hennar liggia. eda leghet hafua at forno oc nyu. med theſſom ſkilmala at thau ſkulu therſſa jord hafua frialſlegha fyrir huerium manni. æ medan er hon lifuir oc their-

LITERA A. EX ORIGINALI INTER MAGNÆANA.

Hacon dei gratia Rex Norvegiæ filius Magni Regis, omnibus has literas cernentibus vel audientibus divinam, ſumqve ſalutem: Volumus vos ſcire, qvod, licet dotis nomine tradiderimus Agnæſæ filiæ noſtræ, qvam nuptum dedimus Domino Hafthorero Jonæ filio, fundos, qvorum hæc ſunt nomina, in fundo, Sundzridi ad occidentem propiori tres Spannas cum una uncia, in Borgyn Parrochiæ Fröyhofenſis duas ſpannas, in vlloom ad occidentem proporibus quatuor ſpannas, in Pladoêng duas uncias, in Thriukſtadis qvinqve uncias cum dimidia, in Vitale ad Boream propiori Parochiæ Lundenſis unciam cum dimidia, in Vitale ad meridiem propiori, unciam cum dimidia, in Birkiflæti Parochiæ Hofenſis duas uncias, in Enda Tractus Matlauſagræini octo uncias, in ſkiáthuætti IV uncias, in Eindridaradi tertiam unicam, in Siofuarlyd Parochiæ Neſenſis duas decades pellium, in Audundarrudi tres ſpannas, & duas cum dimidia (uncia), in Haugahlid Hauffælda, in Oddſtadis in Tractu læm tres ſpannas: nos eosdem Coronæ in perpetuum iterum vindicaſſe, ſed illorum loco, ſub eadem conditione, Domino Hafthorero & Agnæſæ filiæ noſtræ, fundum ſex marcarum Suckunæſii in Soloyis, cum omnibus commodis, qvæ ad illum pertinent, aut nunc & olim pertinuerunt, hac conditione,

 qvod

theirra loglegher arfinge af henni nidrkomen efter hana. En ef thau æigu æi lógligan arfua ſem nu er ſagt. tha ſkal therſe jörd after undir kongdomen falla. af thui firirbiódum ver huærium manni therſa jord eda thær adrar ſæm ver hafuum hæimangefnar med henni hindra eda talma firir thæim. nema ſa er that gerir. vili ſæta lögligum ræſſingum. War thetta bref gort j biarguin thrim nattum after thrættanda dag jola a threttanda áre Rikis vars. herra Biarni Audunárſon jnſigladi. en Thorgeir klækr ritadi.

qvod hoc libere coram omnibus ferfruantur fundo, qvoad illa, eorumve legitimus ex illa natus hæres vivet; ſi vero nullum (ut jam dictum eſt) legitimum relinquunt hæredem, ad coronam revertatur fundus. Nos igitur omnes & ſingulos ſtricte prohibemus eosdem qvoad hunc fundum, aliosve, illi dotis nomine datos, impedire, niſi juſtas ſubire poenas velint. Hæ literæ datæ ſunt Bergis tribus noctibus poſt decimum tertium diem Natalitiorum. Anno Regni noſtri decimo tertio, qve Dominus Biarnus Auduni ſigillo munivit. Thorgeirus Clericus exarauit.



LITERÆ DUCIS HALLANDIÆ JACOBI QVEIS HAQVINO REGI NORVEGIÆ ALIQVOT CASTRA SCOTAT.

Universis præsentes litteras inspecturis Erlendus Dei gracia Episcopus Farensis, Arnas eadem gracia Episcopus Bergensis ac capitulum ejusdem Ecclesiæ Bergensis salutem in domino sempiternam. Noverint universi nos vidisse & diligenter perlegisse literas domini Jacobi comitis, non rasas non abolitas, nec in aliqva sui parte viciatas de verbo ad verbum infra scriptum tenorem continentes, sub majori sigillo dicti domini comitis cujus sigilli super scripcio hoc est. Sigillum Dei gracia Comitis Hallandiæ, & impressio sigilli hæc est, qvod in superiore parte & qvidam Leopardus qvasi gradiens positus ex transverso & desubtus Leopardum est campus continens sparsos flores, qvi dicuntur Söblad. Omnibus presens scriptum cernentibus Jacobus Dei gracia comes hallandie, salutem in domino sempiternam. Recognoscentes magnifica & qvam plurima beneficia Excellentissimorum principum dominorum nostrorum videlicet bone memorie qvondam regis Erici & Haqvini nunc regnantis consangvineorum nostrorum

rum cariſſimorum nobis & noſtris ſæpius exhibita tam in comitatu noſtro & terris contra regem Dacie & ſuis cum excercitu & magnis ſumtibus defenſandis in caſtris hunæ hals & Vardberg conſtruendis & vexacionibus proprie perſone & ſuorum, non absqve magnis periculis & expenſis pluries ad placitandum pro nobis dicto Regi Dacie occurendo, qvam in prompta pecunia ſub noſtra fidejuſſione, dua millia marcharum ſterlingarum dicto Dno Suderjuciæ & alia nobis dona pluries concedendo & alias multimode in noſtris neceſſitatibus & anguſtiis ſuccurrendo. Nos in recompenſacionem prædictorum beneficiorum & potiſſime qvia contra inſtantem caſtrorum noſtrorum, a dicto domino rege Dacie impugnacionem & comitatus invaſionem non ſufficimus propriis viribus reſiſtere & caſtra eadem ac homines in eisdem exiſtentes liberare, tradimus pleno jure dicto domino noſtro regi Norvegie illuſtri, dictum comitatum noſtrum Halland cum caſtris, prædiis, poſſeſſionibus, molendinis, ſilvis piſcariis, portubus, colonis, juribus & pertinenciis qvibuscunqve & proprietatem omnium prædictorum in dictum dominum noſtrum regem Norvegie & ſuos ſucceſſores

 ad

ad coronam regni Norvegie perpetuo transferendo, & in ſignum tradite poſſeſſionis ſcotavimus eidem domino regi dictum comitatum ſecundum conſvetudinem approbatam, volentes, ut deinceps dictus comitatus nominis ejusdem, caſtra prædia & omnia ſupra dicta teneantur, poſſideantur & regantur. Promittimus inſuper bona fide & per ſolempnem ſtipulacionem nos omnia & ſingula ſupradicta fideliter ſervaturos nec unqvam venire contra iſta verbo vel facto, per nos, hæredes noſtros vel interpoſitam perſonam de jure vel de facto, ſubmittentes nos & infantes noſtros gracie dicti domini Regis, ut ſi dictum comitatum ſibi & regno Norvegie per placitacionem vel aliomodo poſſit retinere, nos & liberos noſtros reſpicere velit prout exitus huius guerre feliciorem vel graviorem eventum ſortietur & prout ſex Norici meliores de regno, qvos ad hoc elegerimus ſecundum deum & conſciencias ſuas, ſi dicto domino Regi interim contingat humanitus, recompenſacionem pro dicto comitatu decreverint faciendam ſicut coram ſummo judice voluerint reſpondere. Verum ſi dictus Dominus noſter Rex Norvegie predicta duo millia marcharum cum fructibus dampnis ex-

expenſis & intereſſe a ſæpe dicto domino duce ſudrjucie plenarie fuerit conſecutus omnino erimus & eſſe volumus a ſupradicta fidejuſſoria obligacione liberati. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Tunsberghis die lune proxima ante feſtum beati Gregorii Pape anno domini MCCC. V.

In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Bergis in vigilia beati Gregorii Pape anno domini MCCC. VI.



LITERÆ SUPER DOTE ET DOTALITIO EUPHEMIÆ REGINÆ NORVEGIÆ.
EX BARTHOLIN. TOM. IV. PAG. 298.

Aliom monnom theim ſem thetta bref ſea edr höyra ſenda Jörundr med guds miſkun Erchibiſkup i Nidaroſe. Erlendr Biſkup i Föroyiam. Ketil Biſkup i Stavangri. Arni Biſkup i Biorgvin. oc Jngialldr Biſkup i Hamri. Biarni Erlingſon. Jon Rögvalſon. Sæbiörn Helgaſon. Biarne Lodenſon. Velant af — — Aki Canceller. Snari Aſlacſon. Erlingr Anundarſon. Salomon Korsbroder i Nidaroſe. Gibbun Marſkálk, oc Biarne Audunarſon. kvediu guds oc ſina. Ver gerom allom mönnom kunnigt. at thá lidit var fra burd vors herra Jeſu Kriſti thushundrat vetra CCC ok fim vetur. let var hinn virdalege herra Hakon Noregs Konghr á freadagin neſta efter Nicolaus meſſo kalla oſſ firer ſik i breida ſtofo i Biörgvin. oc lyſti thvi firer oſſ ok vidrkendizſt. at hann hafdi tekit alla hæimanfylgui varrar virdoligrar fru Euphemiæ med Guds miſkun Noregs drottningar. thriúthushundrut marka brændra at kolneſkri vigt. oc at herra Viſlæif græiddi hanna alla af hönndom. oc feck thar af efter bode oc ſkipan ſialfs konungſens hærtoganom Waldemar firer — — i Juttlande tuathushun drada marka brendra en at kolneſkre vagh er varr hinn virdolege herra Kongrinn lede honom med theirri viſſo ſem thar er firer göer,

LIT. C.

Omnibus has literas viſuris & audituris Jörundus dei gratia Archiepiſcopus Nidroſienſis. Erlendus Epiſcopus Færoënſis, Ketillus Epiſcopus Stavangrenſis, Arnas Epiſcopus Bergenſis, Ingialdus Epiſcopus Hamarenſis, Biarne Erlingſon, Jonas Rogvaldſon, Sæbiorn Hælgaſon, Biarne Lodenſon. Velant de — — Aki Cancellarius, Snara Aſlacſon, Erlingus Anundarſon, Salomon Canonicus Capituli Nidroſienſis, Gibbeon Mareſchallus & Biarnus Auduni filius ſalutem divinam ſuamqve. Univerſis notum facimus, qvod elapſis a nativitate domini noſtri Jeſu Chriſti mille hiemibus & qvinqve hiemibus, illuſtris dominus noſter Hacon, Rex Norvegiæ die veneris poſt feſtum Nicolai, Bergis, in *conclave* vulgo *lato*, fecerit nos ad ſe convocari, ubi coram nobis declaravit & profeſſus eſt, ſe univerſam illuſtris dominæ noſtræ Euphemiæ dei gratia Reginæ Norvegiæ dotem mille & trecentas marcas argenti puri ponderisqve Colonienſis accepiſſe, adeoqve Dominum Viſleifum totam numeraſſe, qvin & mandato ipſius Regis, Waldemaro Duci pro — — in Jutia, harum mille ducentas marcas argenti puri et ponderis Colonienſis perſolviſſe, qvas illuſtris Dominus noſter mutuo illi dedit, interpoſita, qvæ præſto eſt

göer. Sva endrnyade hann ok ſtadfæſti med allra vorra ſamthykt at fyrnefnd vor fru Drottningen ſkal hafa efter hans dagha i tilgiöf ſina medan hon lifer Brigdoy vidr Oſlo med allom lunnindom. bui. oc allu adru lauſafe thui ſem thar ligger til. oc umfram thá tuahundrad marka rento. átta ærtoga ſmörvi oc allom adrom fornom auralagom af visöyri hans i thæim ſtadom ſem hann ſkipar henni oc nefnir ſidan mæir i adrum brefom ſínom thar ſem henni er hagligazt med thæirri græin ſem thau onnor bref hans vatta ſem thar ero nu göer. játtadom ver oc varom virdaligom herra kongenom oc ſva fyrnefndri vorri fru Drottningunni at ver ſkulum thetta ſtadfaſtliga halda. oc ſtyrkia hanna til theſſa oc alls annars thers ſem henni værdi til gangs oc æro. oc til ſanz vitnisburdar ſættom ver vor inzigli firer thetta bref er gortt var i Bergvin á thví are. oc thæim deigi ſem fyrr ſægir.



certitudine. Sic quoqve renovavit confirmavitqve noſtro omnium conſenſu, qvod laudata domina Regina dotalitio, eo mortuo, in dies vitæ perfruatur ſc. Brigdöya prope Oſlaum, cum omnibus commodis, inventariis, bonisqve mobilibus, qvæ illuc pertinent, univerſis: qvin etiam dictarum mille marcarum & octo ortugarum redditus, butyrum, omnesqve alias præſtationes conſvetas, illi in locis, qvæ dederit, addixeritqve poſthæc, aliis ſuis litteris, ubi illi commodiſſimum fuerit, eodem modo qvo cæteræ literæ exhibent, qvæ jam (datæ) factæ ſunt, aſſignavit. Profeſſi ſumus illuſtri Domino noſtro Regi, itemqve laudatæ dominæ noſtræ Reginæ, nos hæc firmiter obſervaturos, eamqve hac in re, omnibusqve aliis in utilitatem & honorem ejus ceſſuris aucturos. Et in evidens hujus rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Dat. Bergis anno & die ſupra memorato.

LITE-

LITERÆ BIRGERI REGIS AD REGEM NORVEGIÆ DE JACOBO HALLANDIÆ DUCE. EX BARTHOLIN. TOM. IV.

Universis præsentes litteras inspecturis Birgerus dei gracià Svecorum Gothorumqve Rex salutem in domino sempiternam Notum facimus per presentes nos a viris fide dignis veraciter didicisse, qvod magnificus Princeps dominus Ericus Danorum Slavorumqve Rex, frater noster dilectus, super causis, qvas ipse nobilibus viris, dominis, Jacobo, comiti Hallandie, Petro Jacobs. domicello Nicolao & Johanne Petersun de regno Dacie profugis & proscriptis imposuerit, eosdem nobiles contra justiciam & leges patrie multipliciter aggraverat & eosdem ab aliis procuraverat indebite molestari; qvam ob rem ad petitionem & instantiam incliti principis domini Hagenni regis Norvegie illustris fratris nostri carissimi, promisimus eisdem nobilibus bona fide, qvod pro ipsis & eorum liberis prædictis, efficaciter placitare volumus, ac ipsis opem præstare convenientem, ut pro injuriis & dampnis illatis eisdem, justiciam consequi valeant & pro causis eis impositis excusacionem legalem s. legittimam facere, secundum Deum & justiciam, & ut in veris & approbatis libris regni Dacie legalibus continetur, nec non & memoratis nobilibus & eorum liberis supradictis, refugium in regno nostro concedere, si necesse fuerit, &

eis

eis videbitur oportunum, nec ipſos deſerere volumus a noſtris ſpecialibus gracia & favore. In cujus rei teſtimonium una cum ſigillo noſtro ſigillum domini Erici ducis fratris noſtri dilecti, & ſigilla dominorum Th. Marſcalchi noſtri & aberni ſixſtoinſ. conſiliariorum noſtrorum præſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M. CCC. II. nonis Octobris.

LITERÆ ERICI DUCIS SVECIÆ AD CONSILIARIOS REGNI NORVEGIÆ DE JACOBO HALLANDIÆ DUCE ET COMITIBUS.
EX BARTHOL. TOM. IV.

Univerſis in Chriſto patribus dominis Jerundo archiepiſcopo Nidroſienſi, Erlando Ferenſi Ketillo Stavangrenſi Helgoni Afloenſi, arnoni Bergenſi, & Ingelldo Hamarenſi divina miſeracione Epiſcopis, abbatibus, Baronibus & Conſiliariis Magnifici principis, domini Hagnini, Dei gracia regis Norvegie illuſtris patris noſtri cariſſimi, militibus & armigeris cæteriſque clericis & laicis in Norvegia conſtitutis, Ericus Dei gracia dux Sveonum, ſalutem in domino ſempiternam, qvoniam magnificus princeps dominus & pater noſter cariſſimus dominus Haqvinus Dei gracia Rex Norvegiæ prædictus voluit omnia tenere pro bono pacis, qve condicta fuerunt, inter ipſum & præclarum principem dominum E. Regem Dacie.

cie illluſtrem, ſed idem dominus Rex Dacie placitacionis ſue immemor ac fidei dacionis firmate inter ipſos & eorum regna prout in literis ſuper hoc confectis plenius continetur, caſtrum domini noſtri regis Haguini prædicti infra treugas & contra formam placitacionis in non modicum ſcandalum & dampnum ſui & ſuorum armata manu combuſſit penitus & deſtruxit præter hanc placitacionem rationabiliter factam, fide media ipſius & nobilium de regno ſuo manifeſte & publice infringendo, vobis omnibus & ſingulis bona fide conſulimus, ut ipſum dominum noſtrum regem efficaciter inducatis ut nullum de fautoribus ſuis v. ſibi adhærere volentibus racione hujus placitacionis de regno ſuo removeat v. excludat, ſed pocius omnes qvos obtinere poterit, colligat, teneat honeſtius & pertractet. Datum Wazſtene Ao. domini MCCC. VI. die Ste Katherine Virginis.

INSTRUMENTUM PACIS INTER NORVEGOS ET KANUTUM DUCEM HALLANDIÆ ET SAMSÖÆ.

Univerſis & — ſalutem. noverint univerſi, qvod anno MCCCXXVII. die ſanctorum Martyrum Viti & Modeſti Konungældis in Norvegia inter illuſtrem principem Dominum Kanutum dei gracia ducem Hallandie & Samſoy ex una parte & nos homines regni Norvegie ex altera preſentibus con-

consiliariis pocioribus utrorumque, taliter exstitit placitatum qvod omnes discordie, controversie dissensiones & cause qvecunqve inter ipsum dominum Ducem & homines Regni Norvegie super quacunqve causa hucusqve mote & emisse finaliter terminate in posterum esse debeant amicabiliter & sopite, ita quod qvilibet nostrum alterum mutuo sincero animo & benivolo favore in suis partibus & ubicunqve locorum providere benigne teneatur, neç aliqvis nostrum habeat alteri super dictis controversiis qvodcunqve invertere de cetero vel imputare. In cujus rei testimonium sigilla nostra unacum sigillis dominorum Pauli Erikss. Haqvini Ogmundarss. Iwari Oghmundi Amundi Borgarss. Johannis Borgariss. militum. Stigoti, Thorgoti Hælghasoner, Olai Hælghass. Endridi Langh. Haraldi Thorarss. & Asbirni Thorvarss. armigerorum, præsentibus sunt affixa.

LITERÆ DUCIS CANUTI AD AUDFINNUM EPISC. BERGENS. IBID.

Venerabili in Christo patri ac domino amico suo karissimo Domino Odfinno Dei gracia Episcopo Bergensi Kanutus ejusdem gracia Dux Hallandie & Samso amicicie copulam & sinceritatis constanciam cum mutue dilectionis incremento qvia relatum est nobis veraciter qvod qvidam æmulorum laborant

borant diffamare nos vobiscum dicentes nos incommodum domini noſtri Regis M. & Regni ſui Norvegie, qvod abſit multipliciter procurare, dilectionem veſtram indubie ſcire volumus nos pro hujusmodi cauſa teſte domino, qvi omnia nuda & aperta intuetur, eſſe penitus innocentes, eo qvod nos honori & profectui ipſius domini noſtri cariſſimi domini Magni Regis Norvegie & Svecie illuſtris omniumqve incolarum regni ſui Norvegie predicti commodo quamdiu vixerimus pro poſſe & noſſe ſoliciti eſſe volumus modis omnibus & intenti tanqvam unus ex vobis conſtantior & fidelis. De jure enim aliud facere nec volumus, nec tenemur, quare detractionibus lacerantium famam noſtram niſi demeritum noſtrum abſit hoc probaverit de cetero non credatis indubitanter ſcientes nos inviolabiliter omnia & ſingula inter regnum Norvegie ex una parte, & nos ac noſtros ex altera Koningeldis nuperrime condicta ſervare velle & laudabili qvantum in nobis eſt perſeverancie mancipare ſuper qvo eciam majores cauciones ſi neceſſe fuerit & facere & recipere præſto ſumus. In domino valeat veſtra paternitas reverenda. Datum Kaupmanhaffnis in 4 die paſchæ noſtro ſub ſecreto.



LITE-

LITERA DUCIS CANUTI DIRECTA CIVIBUS BERGENSIBUS.
EX BARTHOLIN. TOM. IV.

Kanutus Dei gracia dux Hallandiæ & Samſö, famoſis viris, providis & diſcretis proconſulibus communitatique civium civitatis Bergenſis, ſalutem in domino. Providencie veſtre conqverendo demonſtramus, dominum Erllingum, Norvegie dapiferum ejusqve terre præpotentes, redditus noſtros atque bona, qvos meri juris integritate & rationis copia congruenti, domina Ingeburge conthorali noſtra cariſſima obtinuimus nullis noſtris meritis, verbo v. opere contractis exigentibus, pro qvo in teſtem altisſimum provocamus, qve merita noſtra per exceſſus aliqvos poſt factam confœderationem inter dictum regnum Norvegie & nos potuiſſent ab aliqvo reperiri, a nobis, in non modicum noſtri, ſed etiam ipſius noſtræ (conthoralis) Ingeburgis præjudicium & gravamen ſuſtuliſſe, pro qvo vos in domino habemus unanimiter reqviſitos multipliciter et rogantes, qvatenus ipſos ſerioſis veſtris inſtanciis & virili conamine coaſſumtis benigniter inducatis, in quantum inductio veſtra valuerit & precatur ne ſe veſtris conſiliis acqvieſcentes & peticionibus inclinati de uſurpatione bonorum noſtrorum prædictorum & reddituum in poſterum intromittant. Ipſa nobis vero eorum poſſeſſori, ut juris eſt, pacifice & qviete relinquentes qvod-

ſi veſtris peticionibus parvipenſis transtulerint in contemptum, cum aliqva admiracionis materia, nolumus nobis imputari qvod ad propulſacionem damni noſtri vias aliqvas attemptabimus, licet inviti, de qvibus, ſi commode nobis fieret, eſſemus libencius ſupportati. Valete in Chriſto. Datum in Syoburgi ſexta feria proxima poſt diem ſancti Dionyſii noſtro ſub ſecreto.

Instrumentum Confoederacionis inter Christophorum ducem Hallandiæ et Ericum et Waldemar. Veciæ duces.

In nomine domini Amen. Ao. a nativitate ejusdem M. CCC. VII. ſabbato proximo poſt aſcenſionem domini, cum magnifico principe domino Chriſtoforo, Dei gracia ducis Hallandie & Samſoy. Nos Ericus & Waldemarus eadem gracia Duces Sveorum apud curiam Mothorp placitaciones compromiſimus & concordavimus unanimiter in hunc modum. Imprimis videlicet, qvod qvilibet noſtrum alterius juvamine qvamdiu vixerit, efficaciter debet congaudere, & inter ipſum dominum ducem Chriſtoforum & nos amicicia ſtabilis, ſincere caritatis unio & vera concordia a modo debet eſſe ſemper affectibus duratura. Singule qvoqve diſcordie, controverſie, ſi qve

qve inter nos hactenus ſuborte fuerant, exſtirpate de cætero debent eſſe et penitus ſuffocate. Nos itaqve Ericus & Waldemarus promittimus qvod, ipſi domino duci Chriſtoforo & ſuis liberis, fideliter aſſiſtemus, adjuvantes eundem contra dominum regem Dacie fratrem ſuum, in dextrariis qvadringentis ſpecialiter eidem domino duci Chriſtoforo & nulli alii, ad coronam regni Dacie obtinendam auxilia toto conamine porrigentes. Item promittimus qvod placitaciones ſ. treugas cum prædicto, Rege Dacie ſine conſenſu ipſius domini Ducis nullatenus ineamus, nec in aliqvo ſine iſto concordabimus cum eodem. Præterea in Scania v. in aliis locis ſibi aptis, ubi commode poterimus, ipſum dominum Ducem ſecundum conſilium noſtrum 3um ſuper caſtris adjuvabimus conſtruendis. Item in inchoacione guerre mouende, qvamcunqve terram Dacie ſc. Scaniam v. aliqvam aliam ibidem ſitam intraverimus devaſtando v. incendium faciendo, nos ipſi nobis & noſtris de eadem terra, donec domino Chriſtoforo ſubjugata fuerit, providebimus in Expenſis. Si vero aliqva terrarum Dacie præfato domino duci fide digne adhærere voluerit, ipſe dominus dux poſtea nobis & noſtris ſeqvacibus in expenſarum neceſſariis prævidebit. Item ſi ad bellum publicum devenire contigerit, & in eodem bello de noſtris adverſariis aliqvos captivari, qvilibet noſtrorum prædictorum ſecun-

dum pluralitatem perſonarum, qvas habet, participet de eisdem; ſimiliter eciam de caſtris intelligatur, ſi per nos aliqva devicta fuerint, capti in eisdem caſtris participentur, ſicut prius. Item inchoacione gverre eidem domino Chriſtoforo trecentas marchas puri argenti committere nos oportet. Præterea ſi prædictum ducem Hallandie de caſtris ſuis & aliis bonis in Dacia ſitis, qvod Deus avertat proſcribi contingat, ad terras regni noſtri & caſtra in poſſeſſione noſtra & dominio exiſtencia dummodo ſufficienter caveatur ne dolus nobis aliqvatenus intendatur, liberum acceſſum habeat, fraude qvalibet procul mota, eidem domino duci Chriſtoforo caſtrum Lothoſiæ v. Engellis ſpecialiter aſſignantes, una cum mille marchis den. monetæ Svecie infra duodecim ſeptimannas a die, qva idem caſtrum receperit integraliter perſolvendis, qvos eciam redditus liberis ſuis & ſervientibus promittimus, ſi ipſi domino duci, qvod abſit, humanitus qvid contingat, exulando, quousqve eis in Dacia bona ſua procurare poterimus rehabenda placitando. Item ſi aliqvi de familia ejusdem ingratitudinem ſuam incurrentes, ad nos venerint, eos libere colligere poſſumus, & pro eisdem erga dictum ducem placitare, dummodo præfato domino v. ſuis damnum non inferant v. violenciam aliqvalem. Similiter etiam ſæpedictus dominus dux Chriſtoforus hominibus noſtris, ſi ita contingat, poteſt

poteſt facere vice verſa. Si vero aliqvi ejusdem domini ducis bona aliqva in dominio noſtro habuerint, libertatibus ſuper iis ſicut famuli noſtri omnino debent congaudere: Et ſi aliqvis bona eorum v. ipſos infeſtaverit, eisdem in omnibus adſtabimus ſicut noſtris, ut ſecundum leges patrie ſe defendant, ſi vero caſtra prædicti ducis ab inimicis ſuis obſeſſa fuerint, ad expellendum eosdem cum feſtinacione ſibi, ſi qvo modo poterimus, juvamina impendemus. Promittimus inſuper qvod nos ambo dicte guerre inchoande perſonaliter intereſſe debemus v. ad minus alter noſtrum præſens erit, ſi forte alium caſu contingat aliqvo impediri, Inſuper ſi aliqvi in Dacia habitantes pro ſe & bonis ſuis, ne devaſtentur v. comburantur, placitare attemptaverint & compoſitionem facere, qvæ vulgariter dicitur Thingæ argentum v. pecuniam aut alias res exhibentes, iſta omnia domino Chriſtoforo debent ſpecialiter pertinere. Item omnia caſtra qvæ in Dacia per auxilium noſtrum devicta fuerint, eadem cum omnibus ſuis pertinenciis & terra, in qva ſita ſunt, drædicto duci Chriſtoforo cedant perpetuo poſſidenda. Et nunqvam de guerra inter ipſum & fratrem ſuum Regem Dacie mota ceſſabimus nec aliqualiter deſiſtemus anteqvam ipſe Chriſtophorus propoſitum ſuum in Dacia compleverit pro ſue lubitu voluntatis. Si vero eidem domino Duci per juvamina noſtra in eadem Dacia

 plu-

plura bona qvam nunc habet augmentata fuerint, de eisdem bonis nobis eciam in pluribus juvaminibus qvam prius providebit. Et ſi propria induſtria, ſine nobis, ſibi aliqva ſubjugaverit, de illis nobis aſtabit qvantum ſibi placet, ad hoc autem qvod omnia ſupra ſcripta ſint firmiter & irrefragabiliter obſervanda. Nos Ericus & Waldemarus unacum duodecim militibus noſtris videlicet dominis Aberno Sixſteins Philippo Ulfsſ. Guthmano Magnosſ. Kanuto Jonsſ. Falcone Jons. Petro Rogwallsſ. Philippo Ingwallsſ. Benedicto Hafridars. Benedicto Algautsſ. Lydan de Kyrnæ. Yvaro de Kyrnæ. & Yvaro de Sandbergh. ac viginti qvatuor armigeris noſtris ſub ſentencia excommunicacionis domini Pape firmiter promittimus, fide ſuper iis preſtita corporali ita qvod ſi nos promiſſiones infringerimus ſupradictas per nullum niſi per ipſum dominum Papam abſolvemur, nec eciam per ipſum niſi reconciliacionem prius fecerimus cum domino Chriſtophoro prius dicto. Item ſi promiſſa predicta non ſervabimus prefati milites noſtri v. armigeri, a ſervicio noſtro & familia omnino fugiant & diſcedant v. eciam concordiam inter nos promoveant prius ſcriptam ſtabiliter obſervandam aut eciam ipſi milites & armigeri excommunicacioni ſubjaceant ſupradicte. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra unacum ſigillis eorundem militum preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno die & loco ſupradictis.

Lite-

Literæ Mandatoriæ Erici et Waldmari Sveciæ Ducum datæ Siggoni Halsteini filio ad acipiendum M. marchas argenti puri a Procuratoribus Regis Norreg.

Omnibus præſens ſcriptum cernentlbus E. & W. Dei gracia duces Sveorum, ſalutem in domino ſempiternam. Tenore præſentium notum facimus univerſis, qvod dilecto & fideli militi noſtro domino Siggoni Halſteins f. damus & concedimus liberam poteſtatem & plenariam authoritatem mille marchas puri argenti, de viris providis dominis aſcero Jons f. & Ivvaro Canonico Bergenſi procuratoribus Magnifici principis, domini regis Norvegie illuſtris patris noſtri cariſſimi pendendi ex parte noſtra pariter & levandi ac eisdem quittacionis litteras aſſignandi. In cujus rei evidenciam ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum aby Ao. domini M. CCC. VII. in 3a dominica adventus.

Literæ Asceri Jonæ et Iwari Canonici Bergensis, Procuratorum Regis Haqvini, ad Comites Sveciæ ablegatorum super M. marchis argenti puri.

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus Siggo Halſteins præfectus Kuget & Caro-

Carolus clericus domini E. dei gracia ducis Sveorum illuſtris, ſalutem in Chriſto. Conſtare volumus omnibus evidenter, nos recepiſſe litteras virorum diſcretorum dominorum Aſceri Jons & Iwari canonici Bergenſis, Procuratorum Magnifici principis, domini H. Dei gracia Regis Norvegie illuſtris, non raſas, non cancellatas, non abolitas v. in aliqva ſui parte viciatas in hæc verba. Omnibus præſens ſcriptum cernentibus Aſcerus Jonſſ. & Iwarus Canonicus Bergenſis ſalutem in domino ſempiternam. Tenore præſentium ad communem proferimus noticiam qvod nos procuratores magnifici principis domini noſtri, H. Dei gracia Regis Norvegie illuſtris fide média promittimus ex parte ſua & nomine procuratorii ſui nobis commiſſi magnificis principibus Dominis E. & W. ducibus Sveorum illuſtribus v. eorum certis nunciis, mille marchas argenti puri, infra qvartum diem a die nativitatis domini, proximo numerandum, integraliter tradere & qvittare ac mille marchatos antiqve monete noritane in rebus ipſis competentibus Tunsbergis in media gradrageſima jam proxima aſſignare, & ſoluciones dictas Lædang & Landſkyld, iſtius anni de Elvaſysl. & Ranriki qvam citius deliberare eiſdem, & ſuper iis deliberandis ſufficientem ipſis facere caucionem. Promittimus inſuper bona fide, qvod dictus dominus noſter Rex Norvegie absqve conſenſu & voluntate prædictorum dominorvm ducum

ducum cum Rege Dacie nunqvam debeat concordare, & qvo omnia, qve pro bono pacis inter ipſum dominum noſtrum regem Norvegie & ipſos dominos duces condicta ſunt, debeant exparte ſua inviolabiliter obſervari. Et ſi præmiſſa pro ipſis dominis ducibus, v. eorum nunciis, aliqvaliter impediri contigerit promittimus nos cooperatores & efficaces exiſtere promotores, donec ipſis in hac parte integralis & debita ſatisfactio prætendatur. Præterea nos Jacobus Dei gracia comes Hallandiæ ſuper præmisſis obſervandis & minime infringendis recognoſcimus nos fidem corporalem eciam præſtitiſſe. In cujus rei evidenciam ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Datum aby Ao. domini M. CCC. VII. in 3a dominica adventus. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Datum Kungell Ao. domini M. CCC. VII. 4to die nativitatis domini.

LITERÆ ERICI WALDEMARI SVECIÆ DUCUM, QVEIS SE OBLIGANT AD ARMA REGI DANIÆ INFERENDUM.

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus, Helgo miſeracione divina Epiſcopus Aſloenſis, ſalutem in domino ſempiternam noverint univerſi nos duas litteras Venerabilium dominorum E. & W. Dei gracia

ducum Sveorum & uham nobilis viri domini Siggonis Halſtenis vidiſſe, ac de verbo ad verbum perlegiſſe diligenter, formas, qve ſeqvuntur, continentes. Omnibus præſens ſcriptum cernentibus E. & W. Dei gracia duces Sveorum ſalutem in domino. Conſtare volumus omnibus evidenter, qvod facta nobis de viris providis, dominis aſcero Jonſſe & Ivaro canonico Bergenſi procuratoribus & miniſtris magnifici principis domini Haguini Dei gracia regis Norvegie illuſtris, patris noſtri cariſſimi, ſufficienti caucione ſuper mille marchis puri argenti nobis qvam cicius aſſignandis, & de mille marchatis antiqve monete noricane in rebus competentibus nobis v. noſtro certo nuncio Tunsbergis in media qvadrageſima jam proxima committendis, & de Lethang & Landſckyld de Elwarſysl. & Ranriki iſtius anni nobis eciam qvantocius deliberandis, promittimus bona fide Regem Dacie cum noſtratibus & ſtipendiariis de alamannia ductis tota noſtra potencia invadere & hoſtiliter impugnare nec cum ipſo absqve domino noſtro Rege Norvegie prædicto aliqvatenus concordare. In cujus rei evidenciam ſigilla noſtra & ſigilla dilectorum, conſiliariorum noſtrorum, qvi nobiscum in hac parte, fide data, promiſerunt videlicet Venerabilis patris domini H. Dei gracia Lincopenſis Epiſcopi, domini aberni dapiferi noſtri, Domini Philippi Ulffſon domini Siggonis Halſteins f. Domini Arnvidi Gottſtaff domi-

domini Yvani de Kyrin domini Lydari de Kyrin, & domini Thurgilli clerici noſtri Secretarii præſentibus ſunt appenſa. Datum aby Ao. domini M. CCC. VII. in 3a dominica adventus.

LITERÆ HACONIS NORVEGIÆ REGIS, QVEIS INJURIAM SIBI ET JACOBO HALLANDIÆ DUCI A REGE DANIÆ ILLATAM PRÆTENDIT. EX BARTH. T. IV.

Hacon met gudz miſkunn Noreghs Kongr ſin Magnus Kongs ſendir allum monnom thæim ſem thetta bref ſea edr hoyra qvediu guds och ſina. that man gudi kunnight och hinom bedſtom mönnom i ríkino ſem optaz hafa ſ hiá os verit hvaſſo mikla ahyggio ver hafom haft och æfterlæitat vid Kong af Danmörk at fridr och nádhir mættu verda rikinna ímillum Noreghs och Danmarkar. thar ſæm ver hafom í mörgom mött os och adra goda menn vara æfter at leita fridnom och ſændom thá mæn ſem ver haffdom med os och konghr af Danmörk gaf ſök um daudha fodhrs ſins til profs vidhr hann och undanförslo um thær ſakir ſæm hann gaf thæim. och thá er thæir ſkyldo thar koma. thá ſás thæir bref thau ſem móte thæim var göer och thæir hafa en i dagh ꝗ huæriom ær thæir varo ænghi thau lögh bodenn ſem annat tuæggia gánga

gánga i Noreghe eda Danmörk ædha adrom landom ſva at mæn hafa höyrt getit. oc thar met, varo ſettar firir thæim ſtórar och hardar umſátor at ſumir af thæim mátto met ængho móti fram thingat komaz. æn thæir ſæm framkomo matto ænghom laghom ne rettindom framfirer ſik koma utan konghr af Danmörk næmpdte menn til och let ſværia upp á tha ſlſkt ſem hanom lſkadi och er that bædi á móti guds löghhom och allra kriſtinna manna ſem fleſtir ſkinſamir menn mæiga undirſtanda eptir tæim framferd ſem i fyrſtunni var é höfd vidr thá er ſu ſök var gefinn thæim. at thæir varo thegar utflæmtir af Rikino och godz thæirra upptekit firer thæiur. frændr thæirra dræppnir och ſuæinar fángadir och ófrægt tha ſua um öll löndin med brefum ſinum och annari ófrægd och vildi æghi hoyra thar lög och rættindi ne undan förslo ſem thæir budo firir ſik. oc ſidan er thæir ſáo at thir mátto ænghom rettindom firer ſik koma ſakar ofmykillrar ágyrndar vidr thá. tha ſkutu thæir ſſno máli til Pafans och lagdo ſik och ſſn málöfni oll á hans dóm letom ver thá thetta alt vera æfter vilia kongs af Danmörk och vikom æftir och vildom æighi theſſa mænn hafa ſidan í hiá oss och hugdunſt med theſſo och allu adru til thægia at ver och thegnar varer möttom frid och nadhir hafa. kom ſidan en ſu ſkipan á millom vor och kongs af Danmörk at ſætt och æfinlegar fridr var gær och ſtadfaſtliga ſættir millum rikianna. var thæſſi

thæſſi fridr och öll annur daghthingan æigi bæter halldinn vidr oſſ ænn thegar efter lett konghr af Danmörk tilfara och taka nidrbrióta och brenna hús vart hialm thvert moti thvi ſem ádr var mælt och dagthingat var i millum. En ſuma huæria kaupmenn norröna tha ſem til Danmarkar varo ſiglder let hann upphalda och af thæim taka that godz ſæm thæir haffdo mæd at fara och ſialfa thá imisliga illa handla thá ſæm æighi gato undan komiſt och thví kænnunz vær thar vidr at vær erom konghinom af Danmörk ænghan lut ſkyldhughir at halda af thæirri dagthingan och gerom ver allum mannom kunnugt at æfter rádi hertogha Eriks af Sviarſki Mágsæfnis vars biſkupa varra och annara rádgiáfa thà hafum vær thægit herra græifan Jacob franda varn hinn kiæraſta och herra petr Jacobſon och börn thæirra och allra annara dugandi manna börn thæirra ſæm af Danmörk varo til var komnir. och ſuæina thæirra alla thá ſæm med thæim æro och allan thæirra varnad i gudz valld och vara hægnd och konglegt trauſt til allra rættra mála. fullkomliga fyrirbiódandi huærum manni thæim at misthyrma i nokoram lut ædr hindra tha ædr thalma afloghliga. nemasá er that gerir vili ſætta af oſs ræidi och ræſſingom och hinom hardaſtom áfarkoſtom ſua at adrom ſkál til vidrſiónar verda at misthirma frændom varom och thæim adrum ſæm vær hafum ſua ſæmiliga i vara hægnad tækit. man och that gudi kunningt

ningt vera och hinom bædstu mannom í ríkino ær sannindi vilia umsæigia. at ófridr thæster oc ónádir sæm værit hæfir of rídir var byriader och upphafdr í ómegd ockara brödra nu thó at sumir favitrir mæn thali thar ymisliga um thæir sæm thar vito æigi suá liósliga skilá. Thetta bref var giört i Nidarósi kross messo aftan um varit à VIII ári ríkis vars. och insiglat siálfum oss hiá værandom æn Ivar klærkr ritadi.

Latina Hvitfeldi versio apud Torfæum Tom. IV. p. 420. ab hac nostra differt.

Hacon Dei gracia, (Rex Norvegie) Regis Magni filius, omnibus, qvi præsentes literas vident aut audiunt, Dei suamqve salutem. Deum virosque regni hujus optimos, qvi nobiscum qvotidie conversati sunt, testes advoco, qvantâ curâ & sollicitudine laboraverimus, ut pax & concordia inter regna Norvegiæ & Daniæ reduci posset, idque multis itineribus, qvibus nos nostri que ministri (fatigavimus) onerati sumus, ad impetrandum pacem securitatemqve, qvapropter viris illos, qvos nobiscum habuimus, & Rex Daniæ cædis patris sui reos peragere conatus est, ad colloqvium misimus ut causæ illis imputatæ disqviri possent & se de tanto crimine pungarent. Qvo cum iter desti-

deſtinarent, literas in hunc vsqve conſevatas diem acceperunt, qvibus cognoverunt, ſibi jura præſcribi, qvæ neqve Norvegia, neqve Dania, imo nec alia Regna, qvantum nobis conſtat, unqvam agnoverunt: imo qvibusdam illorum inſidias graviores ita ſtrui, vt nullo modo iter poſſent peragere. Qui vero profecti ſunt, jure frui omnino ſunt prohibiti, adeo ut Rex Danie aliqvot viros delegerit, qvi iſtos tanti criminis reos jurarent, prout ipſi libitum erat; id qvod tum Divinis, cum hominum Chriſtianorum omnium legibus repugnat; qvod qvilibet racione præditus facile perſpicere poteſt, obſervando procedendi modum, qvi ab initio, qvam primum criminis iſtius poſtulabantur, adhibitus fuit; nam e regno ejecti ſunt, bona in fiscum redacta, propinqvorum & famulorum alii cæſi, alii captivi detenti, ipſiqve calumnia, mediantibus litteris, aliaqve infamia perſecuti per totum regnum, nec purgatio criminis ab iis oblata admittebatur, ſed via omnis ad jus præcluſa. Jus itaque interdictum ſibi cum animadverterent, ad Pontificem Romanum adpellarunt, ejusqve judicio cauſam omnem ſubmiſerunt, cui nos qvoqve acqvievimus ſecundum Regis Daniæ voluntatem, cui præterea ceſſimus, & viros illos apud nos detinere noluimus, vt hoc modo nobis ſubditisqve noſtris pacem & ſecuritatem pararemus; tandemqve res eo perducta eſt, ut pax inter nos & Regem Daniæ publice conſtituta, inter regna ſecuri-

curitas firmata ſit, qvæ tamen pax aliæqve conventiones non aliter fuerunt obſervatæ, qvam ut Rex Daniæ caſtrum noſtrum Hialm contra pacta foederaqve protinus occupari, dirui & incendi curaret, imo qvosdam mercatores Norvegos, qvi in Daniam navigarunt, detineri, mercesqve iis eripi fecit, partem qvoqve ipſorum, qvi evadere tum neqvibant, crudeliter affecit; qva de cauſa, nec pacificatione nos, nec conditionibus cum Rege Daniæ factis, ultra teneri agnoſcimus. Omnibus itaqve conſtare volumus, nos Eirici Sveciæ Ducis, futuri noſtri generi, noſtrorum Epiſcorum & aliorum regni Senatorum ſuffragio, in clientelam noſtram ac Regium patrocinium juſtamque defenſionem recipere cognatum noſtrum intime dilectum, Comitem Jacobum, & Dominum Petrum Jacobæum, eorum liberos, omniumqve proborum virorum liberos, qvi ex Dania ad nos acceſſerunt, famulos omnes, qvi apud eos ſunt, omnes deniqve propinqvos: ſevere prohibentes iis ullo pacto injuriam fieri, aut impedimentum contra leges ſtrui, ſub graviſſima pœna & vindicta iræ noſtræ, aliis in exemplum futura, ſi propinquos noſtros virosque tanto ſtudio & propenſione in tutelam noſtram receptos lædant. Novit profecto cœli Deus & optimates regni noſtri, qvotqvot veritatem teſtari volunt, hos motus, hæc diſſidia, quæ nunc longo tempore durarunt, nobis fratribus adoleſcentibus primordia cepiſſe eciamſi inſipientes

vera

vera ignorantes varia de his blaterent. Hæ literæ in Thrandia ſcriptæ ſunt, veſpere feſti Crucis verni, octavo regni noſtri anno. Obſignatæ nobis præſentibus: Ivarus Clericus ſcripſit.

LITERÆ SALVI CONDUCTUS AB HACONE NORV. REGE, ERICO ET WALDEMARO DUCIBUS SVECIÆ DATÆ.
EX BARTH. TOM. IV.

Omnibus &c. H. Dei gracia Rex Norvegie &c. notum facimus univerſis, qvod nos damus & concedimus per præſentes ſalvum & ſecurum conductum qvibuscunqve prælatis militibus ex parte magnificorum principum dominorum Erici regis Dacie & Chriſtofori fratris ſui ad nos libere veniendi in Vichiam ſuper deliberacione domicelli Nicolai nobiscum 10mo Kal. Junii v. citra tempus illud volentibus placitare & nobiscum tempore placitacionis morandi, nec non a die placitacionis finite infra vicefimum diem pro nobis & noſtris omnibus & ſingulis ad propria libere redeundi, mandantes omnibus & ſingulis tam extraneis qvam indigenis, infra diſtrictus noſtri poteſtatem conſtitutis, ſub pœna capitis, ne qvis ipſum præſentem conductum auſu temerario violet v. infringat, ſed potius ipſis durante conductu præſente omnes ipſos benigne reci-

 piant

piant & honeſte pertractent. In cujus rei teſtimonium ſigilla reverendi patris domini arnonis dei gracia Bergenſis eccleſie Epiſcopi & diſcretorum virorum de conſilio noſtro dominorum Erici Waldemari Berneri Erlingi de Biarkœy, Snaronis Ashlaci, Baronum noſtrorum, una cum ſigillo noſtro ſunt appenſa. Datum Bergis Ao. domini M. CCC. VIII. die Mercurii ante dominicam Lætare.

INSTRUMENTUM PACIS INTER HAQVINUM REGEM NORVEGIÆ ET ERICUM REGEM DANIÆ. VID. TORFÆI HIST. NORV. TOM. IV. P. 434.
EX BARTH. TOM. IV.

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus E. Dei gracia Danorum Slavorumqve Rex, ſalutem in domino ſempiternam. Noverint univerſi, qvod Ao. domini M. CCC. IX. in *octavo* die beati Johannis Baptiſtæ, per Reverendum in Chriſto patrem Dominum Helgonem, miſeracione divina Epiſcopum Aſloenſem & nobilem virum dominum E. condam Regis Sueorum filium, conſanguineum noſtrum dilectum ac dominum Iwarum canonicum Bergenſem, magnifici principis domini Haguini regis Norvegie illuſtris, procuratores & nuncios ſpeciales, ex parte ejusdem domini Regis ex una parte &

& nos ex altera parte, placitatum, concordatum & promiſſum eſt in hunc modum. Primo videlicet, qvod inter dominum regem Norvegie & nos & regna noſtra ex utraqve parte debet firma pax & ſecuritas plenaria perpetuis temporibus obſervari: Et ut ipſa pax & ſecuritas utrinqve firmius & inviolabilius perpetuo teneantur, debet dominus rex Norvegie prædictus filiam ſuam primogenitam, legitimam Ingeburg nomine, domicello Magno, filio domini Birgiri Svevorum regis illuſtris nepoti noſtro deſponſare & copulandam ſibi matrimonialiter aſſignare. Ipſe eciam dominus rex Norvegie eandem filiam ſuam conſtituere debet poſt ſe regni Norvegie hæredem ſi ipſum non contingat filium legittimum obtinere, ſi vero filium legittimum obtinuerit, cum eadem filia ſua domicello prædicto 6 millia marcharum argenti in dotem, & tantum de argento idem domicellus ſponſe ſue prædicte racione donacionis propter nuptias, qve Mornegioff dicitur aſſignabit v. bona ſ. certos redditus pro eodem. Si vero hæres regni fuerit, dabit eidem 8 millia marcharum puri in donacionem propter nuptias & ſuper eo faciemus nos cum noſtris fidelibus caucionem. Debemus eciam nos & bona fide promittimus intendere placite & fideliter cooperari pro toto poſſe noſtro, qvod dominus Birgerus rex Svevorum ad regimen regni ſui redeat, & dignitatem regiam, & qvod filius ſuus domicellus ſæpedictus ſuccedat

cedat eidem, ficut tenetur merito in eisdem, Cæterum ut pax & fecuritas fupradiċte inter nos & regna noftra teneantur amodo vincolo firmiori, & fingula alia qve præmittuntur, deducantur commodius & favorabilius ad effectum, aliqva de bonis & redditibus in Hallandia ex parte boreali aqve *Ether* domino regi Norvegie fub rata & debita porcione pro bonis fuis maternis omnibus infra regnum Dacie fitis, affignabimus & refiduum ejusdem terre, & ipfa parte aqve *Ether*, videlicet qvatuor hæröd, eidem concedimus in pheodum cum juribus, poffeffionibus, libertatibus & attinenciis, ficut ea omnes Jacobus â progenitoribus noftris dinofcitur liberius tenuiffe & de eisdem facto nobis per eundem dominum Regem Norvegie homagio, dominus Rex Norvegie memoratus, cum hominibus & incolis ipforum *bæret*, nobis & corone regni noftri fervicium faciat reqvifitus, hoc adjecto, qvod convicti pro morte patris noftri, ipforum hæredes & complices Daci ibidem nullatenus colligantur, & ut ipfa *bærret* & caftra ibidem recuperentur ad manus domini regis Norvegie cooperari debemus fideliter cum eodem toto poffe. Præterea ad preces & inftancias domini Regis Norvegie, de fpeciali gracia duximus admittendum, qvod uxores & liberi novem pro morte patris noftri convictorum & complices ipforum novem ac eorum liberi qvi racione exceffuum fuorum bona fua, anteqvam domino Regi Nor-

Norvegie homagium fecerant, amiſiſſe legittime dinoſcuntur bonis ſuis maternis utantur tantummodo; Complices vero eorum alii omnes, & uxores & eorum liberi, qvi anteqvam in ſervicium domini Regis Norvegie venerant in Norvegiam, bona ſua propter exceſſus ſuos, ut præmittitur, non amiſerant, utantur regno & bonis ſuis omnibus paternis & maternis, ii nihilominus, qvi caucionem nobis fecerint, qvam duxerimus acceptandam: reliqvi vero bona ſua vendant, & cum precio eorum maneant extra regnum, hoc adjecto, qvod uxores & liberi novem convictorum pro morte patris noſtri, perpetuo extra regnum Dacie ſtent & infra 3 annos præmiſſa bona ſua alienent. De cæteris vero in voluntate noſtra ſit & gracia qvos ipſorum regno cum bonis, uti, ut præmittitur, velimus, qvos ipſorum extra regnum ſtare velimus, & de bonis ſuis præmiſſis fructus & redditus levare, & qvos ex ipſis extra regnum manere perpetuo velimus, ac bona ſua ſupradicta vendere & extra regnum deducere pretium eorundem. Admittimus eciam, qvod tempore placitacionis habende ut præmittitur, Comes Jacobus una cum Rege Norvegie compareat coram nobis. Inſuper ne qvid remaneat, qvod pacem & concordiam præmiſſas violare poterit, ſ. diſſenſionis alicujus materiam generare, memoratus dominus Rex Norvegie bona materna racione qvorum actenus lites & diſſenſiones ſæpius ſunt commote, nobis nec

non corone noſtre, ubicunqve infra regnum Dacie ſita ſint ordinanda libere pro noſtris uſibus reſignabit, qvando adeptus fuerit 4 hæredas in Hallandia prius dicta. Item nobili viro conſanguineo noſtro domino E. prædicta bona ſua materna omnia ubicunqve in regno ſuo ea racionabiliter docere poterit ex nunc libere reſignamur. Promittimus inſuper ipſum dominum Birgerum Regem Svevorum pro poſſe noſtro favorabiliter promovere. Condictum eſt eciam & promiſſum, qvod memoratus dominus Rex Norvegie & nos apud Iſafiord in Sioland in die beati Barnabæ apoſtoli jam proximo futuro, convenire perſonaliter debeamus ad deducendum ſupradicta omnia & ſingula ad effectum. Vt autem præmiſſa omnia ex parte noſtra inviolabiliter obſerventur ſubmittimus nos jurisdictioni venerabilis patris domini Helgonis Aſloënſis Epiſcopi, ita qvod ſi in præmiſſorum aliqvo defecerimus, poſſit in nos excommunicacionis ſentenciam ferre, & nos excommunicatos denunciare, donec defectus hujusmodi ſuppleatur, ſed ipſe dominus Rex Norvegie jurisdictioni venerabilis patris domini Olavi Roſchildenſis Epiſcopi, cum convenerimus ipſe dominus Rex Norvegie & primo nos, ſimiliter ſe ſubmiſerit vice verſa. Promittimus inſuper qvod dominus Birgerus Rex Svecie prædictus diſpenſacionem in curia procurabit, ſuper contractu matrimonii inter ipſos domicellum Magnum & filiam regis Norvegie,

cum

cum idem qvarto gradu consanguinitatis se attingunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Actum & datum Haffnis, anno & die supradictis.

INSTRUMENTUM PACIS INTER HAQVINUM NORVEGIÆ REGEM ET ERICUM REGEM DANIÆ TORFÆO SALTEM LAUDATUM TOM. IV. PAG. 428. EX BARTH. TOM. IV.

Omnibus præsens scriptum cernentibus Haguinus Dei gracia Rex Norvegie, salutem in domino sempiternam. Noverint universi, qvod Ao. domini M. CCC. IX. feria 5ta proxima ante festum Beate Marie Magdalene Kaupmannahafn, inter magnificum principem dominum Ericum dei gracia Danorum Slavorumqve regem illustrem ex una parte & nos ex altera, placitatum concordatum & promissum extitit in hunc modum. Primo, qvod inter nos & regna nostra ex utraqve parte debeat firma pax & plena securitas perpetuis temporibus observari, & ut ipsa pax & securitas utrinqve firmius & inviolabilius pepetuo observentur, debemus filiam nostram primogenitam, legittimam Ingeburgem nomine domicello Magno filio domini Birgeri Svevorum regis illustris nepoti domini Erici Dei gracia Danorum regis supradicti desponsare

& copulandam sibi matrimonialiter assignare. Nos eciam debemus filiam nostram constituere hæredem post nos regni Norvegie. Si filium legittimum obtinuerimus, tum cum eadem filia nostra domicello prædicto sex millia marcharum argenti dabimus in dotem, & tantum de argento idem domicellus sponse sue prædicte racione donacionis propter nuptias qve morghengiof dicitur assignabit v. bona s. certos redditus pro eodem. Si vero hæres regni fuerit, dabit eidem octo millia marcharum puri in donacionem propter nuptias, & super eo fecit nobis dominus Rex Dacie cum suis fidelibus caucionem. Debet eciam dominus Rex Dacie & bona fide promisit intendere sollicite & fideliter cooperari pro toto posse suo qvod Dominus Birgerus Rex Svevorum ad regimen regni sui redeat, & dignitatem regiam, & qvod filius suus Domicellus Magnus sæpedictus succedat eidem patri suo, sicut tenetur merito in eisdem. Ipse dominus Birgerus Rex Svevorum prædictus dispensacionem in curia procurabit super contractu matrimonii inter ipsos domicellum Magnum & filiam nostram supradictam, cum idem qvarto gradu consanguinitatis se attingunt. Cæterum ut pax & securitas supradicte inter nos & regna nostra teneantur amodô vinculo firmiori & singula alia qve præmittuntur, deducantur commodabilius & favorabilius ad effectum, aliqva de bonis & redditibus in Hallandia ex parte boreali apud Ether

sub

ſub rata & debita porcione pro bonis noſtris maternis omnibus infra regnum Dacie ſitis nobis aſſignabit & reſidium terre ex ipſa parte apud Ethre predicte videlicet quatuor hæröd, Dominus Rex Dacie nobis conceſſit in pheodum, cum juribus, poſſeſſionibus, libertatibus, & attinenciis, ſicut ea comes Jacobus a progenitoribus ipſius Regis Dacie dinoſcitur liberius tenuiſſe, & de eodem reſiduo ut ſupra; faciemus Domino Regi per nos homagium & cum hominibus & incolis ipſorum hæröd domino Regi & corone regni Dacie ſervicium faciemus reqviſiti, hoc adjecto, qvod convicti pro morte patris domini regis Dacie ipſorum heredes & complices Daci ibidem nullatenus colligantur, &, ut ipſa hæröd & caſtra ibidem recuperentur ad manus noſtras, cooperari debet dominus Rex Dacie fideliter nobiscum toto poſſe. Præterea ad preces & inſtancias noſtras de ſpeciali gracia duxit dominus Rex Dacie admittendum, qvod uxores & liberi novem, pro morte patris ſui convictorum, & complices ipſorum, & eorum liberi, qvi racione exceſſuum ſuorum bona ſua, anteqvam fratri noſtro & nobis homagium fecerant, amiſiſſe legittime dinoſcuntur, bonis ſuis utantur maternis tantummodo. Complices vero ipſorum alii omnes, ipſorum uxores & eorum liberi, qvi anteqvam in ſervicium noſtrum venerant in Norvegiam, bona ſua propter exceſſus ſuos, ut præmittitur, non emiſerant, utantur reg-

 no

no & bonis ſuis omnibus paternis & maternis, ſic nihilominus, qvi caucionem domino regi Dacie fecerint, qvam ipſe duxerit acceptandam, reliqvi vero bona ſua vendant, & cum precio eorundem maneant extra regnum, hoc adjecto, qvod uxores & liberi novem convictorum pro morte patris domini regis Dacie perpetui extra regnum Dacie ſtent, & infra 3 annos præmiſſa bona ſua alienent, de cæteris vero in voluntate & gracia domini regis Dacie ſit, qvos ipſorum regno cum bonis, ut præmittitur, uti voluerit, qvos ipſorum regnum extra ſtare voluerit, & de bonis ſuis præmiſſis fructus & redditus levare, & qvos ex ipſis extra regnum manere perpetuo voluerit, ac bona ſua ſupradicta vendere, & extra regnum deducere precium eorundem. Inſuper ne qvid remaneat, qvod pacem & concordiam præmiſſas violare poterit ſeu diſſencionis alicujus materiam generare, bona materna, racione qvorum hactenus lites & diſſenſiones ſæpius ſunt commote, domino Regi Dacie & corone regni ubicunqve infra regnum Dacie ſita ſunt reſignabimus pro ſuis uſibus ordinanda libere qvorum adepti fuerimus caſtra & qvatuor hærod in Hallandia prius dicta. Item inſtrumenta ſ. littere omnes ſuper bonis noſtris maternis in Dacia nobis reſtituantur qve dominus Rex Dacie habet, v. per ipſum poterint obtineri. Item faciat dominus Rex Dacie, qvod nobis fiat juſticia de qvibuscunqve perſonis infra regnum Dacie con-

conſtitutis, contra qvos qverimoniam movere voluerimus ſecundum qvod exigunt leges patrie & poſtulat ordo juris; ſic eciam faciem domino regi Dacie in regno noſtro vice verſa. Item reſignavit nobis dominus Rex Dacie eximius, omnia bona noſtra materna, ubicunqve infra regnum Dacie ſita, pro noſtris uſibus libere ordinanda, ſuper fructibus autem de bonis eisdem a die decollacionis beati Johannis Baptiſtæ ſub Ao. domini M. CCC. VIII. usqve nunc, per qvemcunqve perceptis v. percipiendis forſan in futurum, ſuper qvibus coram domino rege Dacie qverimonia, noſtro nomine mota fuerit, faciat ipſe dominus Rex Dacie nobis, qvod exigunt leges terre, donec caſtra & quatuor hærod in Hallandia, ut præmittitur, conſecuti fuerimus & adepti: Item dominus Rex Dacie duces Svecie qvam cicius poterit, hoſtiliter invadat, nec nos cum eisdem ducibus pacem, treugas ſ. diem aliqvam faciemus v. recipiemus ſine conſenſu domini regis Dacie. Et ſi contingat nos cum dictis ducibus diem v. treugas ex cauſa aliqva recipere, illa dies ſ. treugæ, debent eſſe breves & dominus Rex Dacie & regnum ſuum in iisdem Die & treugis includantur, & hoc ſibi tempeſtive per nos debet intimari, ſuper qvo poſtmodum fiat, qvod utriqve noſtrum expediens videatur. Item dominus Rex Dacie & nos non debemus ſeparatim cum fautoribus dominorum ducum prædictorum aliqvibus pacem facere, niſi cum iis

qvos

qvos nobis & domino Birghero regi Svecie attrahere poterimus in servicium & juvamen. Item mercatores utriusqve regni Dacie videlicet & Norvegie hic v. ibi naufragium pacientes bona sua per se v. per alios, salvent libere & de, salvatis disponent libere, pro sue libitu voluntatis nullum eciam thelonium in Dacia v. Norvegia a mercatoribus ipsorum regnorum extorqveri debeat aliqvatenus nisi secundum qvod solvi consveverat ex antiqvo. Item mercimonia qvecunqve per mercatores utriusqve regni emta in eisdem regnis ante publicacionem inibicionis, super eisdem non deducendis ibidem factam, soluto thelonio ut supra, libere deducantur. Si qve vero empta fuerint post publicacionem inhibicionis hujusmodi qvandocunqve factam, eadem nisi de gracia speciali minime deducantur, anteqvam ipsa deducendi data fuerit licencia generalis. Ut autem præmissa omnia ex parte nostra inviolabiliter observentur, submittimus nos jurisdictioni Venerabilis patris Roskildensis Episcopi, qvicunqve pro tempore fuerit, ita qvod, si in præmissorum aliqvo defecerimus, possit in nos sentenciam excommunicacionis ferre, & nos excommunicatos denunciare, donec defectus hujusmodi suppleatur. Sic eciam memoratus dominus Rex Dacie jurisdictioni Venerabilis patris domini Episcopi Asloênsis, qvi eciam pro tempore fuerit, se submisit, similiter vice versa; Et cum hoc, ut supradicta omnia firmiter

ter obſerventur, promiſerunt una nobiscum bona fide, Venerabiles patres domini Ketillus Stawangrenſis, Hælgo Aſloenſis, Arno Bergenſis, & Ingeldus Hamarenſis Dei gracia Epiſcopi, ac dominus Ericus Waldemari condam Regis Svevorum filius, dominus Finno, Magiſter capellarum noſtrarum, ac nobiles viri, dominus Bernardus de Biarkeroy, Thorerus Haguini, Inaro Aſlaci, Barones, nec non & domini Thorraldus Toreſön, Elavas Eiliſſon, Siqvardus de Random Throndo Halvardi, Siguatus de Lærholom, Thorerus Harſen, Siqvardus Hareckſon, Bryniulfus Storm, Throndo Gunulfi, Gunnarus Thomæ, Birgherus Thorchilli, Serkus Petri. Iwarus Steinari, Euindus Symonis, Auguſtinus Amonis, Andreas Sigvardi, milites, ac eciam Haguinus Thoriæ, Johannes Gudbrandi, Ivarus Amonis, Bryniulfus Agmundi Agmundus Öyvindi, Johannes de Strond, Aûdrenus Gudthormi, Haguinus Agmundi Petrus Peterſſon, Gudbrandus Gudbranſſoner, armigeri noſtri, qvorum ſigilla una cum noſtro præſentibus ſunt appenſa. Condictum eſt eciam qvod ducenti & ſeptuaginta milites & armigeri noſtri promittent bona fide & ſuper hoc dabunt litteras ſuas patentes, qvod ſingula omnia ut præmittitur, noſtro nomine obſerventur, & illas litteras mittemus nos, ſi ſecurus fuerit tranſitus, Tunsbergis die nativitatis beati Johannis Baptiſtæ proximo affuturis nunciis domini Regis Dacie ibidem aſſignandas. Si vero ſecurus non fuerit

rit transſitus, ipſo tempore littere prædicte tam ſuo nomine qvam noſtro Kaupmannahaffñ mittentur eodem die ibidem nunciis noſtris utrinqve mutuo aſſignande. Item ſi ex promiſſoribus noſtris prædictis militibus videlicet & armigeris interim aliqvem v. aliqvos mori contigerit, alium v. alios conſtituemus, qvi noſtro nomine promiſſionem ſimilem faciat loco ſui. Actum & datum loco anno & die in principio ſupradictis.

Literæ Haconis Regis Norvegiæ qveis Jörundum Archiepiscopum ejusqve successores ab Homagio liberat.

Ex Barthol. Tom. IV.

Omnibus præſentes viſuris litteras v. eciam audituris Haguinus Magni qvarti, regis filius, Dei gracia Rex Norvegie, ad perpetuam rei memoriam notum eſſe volumus, præſentibus, & poſteros non latere, qvod licet inclite memorie germanus noſter cariſſimus dominus Ericus divina providencia Norvegie Rex illuſtris ad qvorundam ſuorum conſiliariorum inductionem & inſtinctum, Reverendum in Chriſto patrem felicis recordacionis dominum Jerundum divina gracia Nidroſienſem Archiepiſcopum induci fecit ad faciendum eidem omagium absqve ſcitu & licencia ſummi Pontificis ſpeliali,

ciali, datis hinc inde litteris patentibus, videlicet ab una parte ſigillo regis, ac ab altero dicti archiepiſcopi & Nidroſienſis capituli ſigillatis ſuper-certis juribus eidem archiepiſcopo ſub nomine comitis pro homagio deputatis. Nos tamen ad honorem Dei & ſancte matris Eccleſie, ac ſpecialiter cauſa beate Marie virginis glorioſe & beati Olavi conſanguinei noſtri, patroni & defenſoris regni Norvegie ſpecialis, factum domini Archiepiſcopi & Nidroſienſis capituli invalidum reputantes, formam obligacionis hujus juſticia exigente caſſamus & in irritum revocamus, decernentes auctoritate regia per hanc publicam pragmaticam ſanctionem, qvod Nidroſienſis Archiepiſcopus, qvi pro tempore fuerit, non tenetur amplius facere dignitati regie & corone, qvam præceſſores ſui antea conſveverint facere, ſecundum Canones, Leges, & conſvetudines regni Norvegie approbatas a tempore cujus memorie non exiſtit. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Aſloiæ in Eccleſia beate Marie virginis capella regia, Ao. nativitatis Domini M. CCC. X. in octavis Epiphanie domini.



PLACI-

PLACITACIO INTER NORVEGOS ET HAMBURGENSES. EX TOM. IV. BARTH.

Univerſis præſentes litteras inſpecturis. H. Dei gracia Rex Norvegie, ſalutem in Domino ſempiternam. Noverint univerſi, qvod Ao. Domini M. CCC. XVIII. undecimo. Kal. auguſti, apud caſtrum Tunsbergenſe placitavimus cum viris providis & honeſtis viro religioſo, fratre Haſone, priore fratrum prædicatorum civitatis Hamburgenſis, Richardo dicto Varch & Godfrido Ypmger conſulibus Hamburgenſibus, nunciis & procuratoribus ejusdem civitatis legitime conſtitutis, ſuper ſedacione diſplicencie, qvam nos ex juſtis & veriſimilibus conjecturis concepimus contra cives Hamburgenſes, in hunc modum, qvod procuratores antedicti renunciarunt ſimpliciter & expreſſe perpetuo pro ſe & omnibus concivibus & mercatoribus ejusdem civitatis omnimode emende & ſatisfactione pro qvibuscunqve dampnis & jujuriis, ſi qva dictis civitatenſibus & ipſis adhærentibus per nos & noſtros usqve ad hæc tempora fuerint illata, promittentes pro ſe & ſuis concivibus, fide præſtita corporali, qvod contra prædictam renunciacionem nullo modo veniant, verbo, facto v. alio aliqvo ingenio, ſed potius promiſerunt nobis & omnibus noſtris, amiciciam ſinceram de cætero obſervare. Nos vero propter inſtanciam plurimorum principum, ac humilem

lem & instantem supplicacionem dictorum procuratorum duorum consulum ac decem aliorum comburgensium, eorundem purgacionem admisimus, pro eorum excusacione sufficienti ipsis Hamburgensibus totam displicenciam nostram dimittentes & rancorem propter preces Venerabilium patrum, domini Nidrosiensis Archiepiscopi ac aliorum prælatorum regni nostri, & eosdem Hamburgenses ad pacem & amiciciam nostram recepimus specialem dantes & concedentes eisdem licenciam & facultatem cum mercimoniis suis ad regnum nostrum veniendi, ibidem morandi, & de mercimoniis suis & mercaturis more aliorum extraneorum libere disponendi. In cujus rei testimonium sigillum nostrum, una cum sigillis Venerabilium patrum domini Elaui Nidrosiensis Archiepiscopi, Helghonis Asloënsis Betulfi Hamarensis, audfinni Bergensis, Episcoporum, præsentibus est appensum. Datum loco, die & anno supradictis.

DE PLACIDATIONE SUPER MARITAGIO INTER SOROREM REGIS MAGNI NORVEGIÆ ET FILIUM COMITIS MAGNIPOLENSIS. INTER MAGNÆANA.

Omnibus præsens scriptum cernentibus, Ingiburghis Dei gracia, Ducissa Sveorum, Relicta Domini Ducis Eirici, filia Magnifici Principis, Domini Haqvini, eadem

dem gracia qvondam Regis Norvegie, salutem in Domino Sempiternam. Noverint universi, qvod anno Domini M. CCC. vicesimo primo VIta feria proxima post festum beate Marie Magdalene, apud Castrum Baghahuss, inter filium nostrum carissimum Dominum Magnum Regem Norvegie & Svecie illustrem, & nos ex una parte; & inter inclitum Dominum Heinricum Dominum Magnipolensem & Stargardie, ex altera, taliter exstitit placitatum; qvod idem Dominus Rex, filius noster, filio ejusdem Domini Magnipolensis, Domicello Alberto, Sororem suam, domicellam Eufemiam, dare & tradere debeat, legitimam in uxorem, tali condicione præhabita, qvod propter consangvinitatem inter ipsos, Domicellum & Domicellam, contractam, idem Dominus Magnipolensis dispensacionem Domini Pape debeat super matrimonio contrahendo suis sumptibus procurare. Et qvod idem Dominus Rex filius noster, cum prædicta Sorore sua, in dotem dabit qvinqve milia marcarum argenti puri, ponderis Coloniensis, ex parte Regni sui Norvegie, ita qvod consumato matrimonio, & nuptiis inter ipsos celebratis, ad annum unum post diem nupciarum numerandum, dabit duo millia marcarum puri; in seqventi vero anno proximo, eciam ipso die, mille qvingentas marcas puri, & in tercio anno tunc proixmo sub seqventi, similiter eodem die, mille qvingentas marcas puri, ponderis supradicti

prædicti & iſtud argentum in qvolibet prædicto termino in caſtro Baghahuſs ſolvi debeat & qvittari, ita qvod illi qvi prædictum argentum receperint, ſecure cum eodem tranſire valeant, pro omnibus qvicqvam facere vel omittere volentibus amore ejusdem filii noſtri, Domini Regis, & ut tamen in omni eventu ſub ſuis periculis qvibuscunqve. Item placitatum eſt, qvod dictus Domicellus Albertus ad craſtinam donacionem propter nupcias, Caſtrum Godboz cum civitate, terris hominibus & aliis omnibus eidem Caſtro adhærentibus dabit & aſſignabit prædicte filie noſtre in die craſtina nupciarum, tali condicione mediante, qvodſi idem Domicellus, ipſa filia noſtra ſuperſtite, absqve liberis ab eodem procreatis deceſſerit, prædictum caſtrum Godboz, cum civitate, terris, hominibus & omnibus pertinenciis aliis, prædicta filia noſtra libere optinebit, niſi redire voluerit, vel prælegerit maritari. Qvorum alterum ſi ipſa fecerit, idem Dominus Magnipolenſis vel hæredes ſui, præfate filie noſtre dabunt viginti millia marcarum puri, ponderis Colonienſis. Si vero ipſam ibidem commorantem in viduitate mori contigerit, prædictum caſtrum Godboz, cum civitate, terris, hominibus, & omnibus aliis adjacentibus eidem Caſtro, hæredibus ejusdem filie noſtre cedere debeat poſſidendum, donec eisdem de prædictis viginti millibus marcarum puri integraliter fuerit ſatisfactum. Verum tamen, ſi

ſi prædictam filiam noſtram absqve liberis, ipſo Domicello vivente, mori contigerit, tunc ſuper argento, ſibi in dotem aſſignato, fieri debeat, prout in terra Sclavie dictaverit & probaverit ordo juris. Item placitatum eſt, qvodſi Rex Dacie filium noſtrum præfatum & Regem Norvegie impugnare voluerit, tunc Dominus Magnipolenſis & Domini infra ſcripti, videlicet Radulphus Dux Saxonie, frater ſuus Vinſclavus, Heinkinus Comes Hollzacie, Gerardus Comes de Rendisborgh, & Gynzellinus Comes Sverinenſis, eundem Regem Dacie & Regnum ſuum ex illa parte, cum omni ſua potencia hoſtiliter impugnabunt. Et ſi Dominus Rex, filius noſter, hujusmodi ſervicium habere voluerit, debet ipſi Domino Magnipolenſi hoc tempeſtive per certum nuncium intimare. Et ſi poſt hujusmodi intimacionem de tali ſervicio, propter caſus aliqvos, neceſſitatem non habuerit, hoc idem debet per ſuum nuncium Domino Magnipolenſi declarare, anteqvam ipſius exercitus fuerit congregatus. Et idem Rex, filius noſter, dicto Domino Magnipolenſi conſimile ſervicium ex iſta parte, contra Regem Dacie impendere tenetur reqviſitus. Et facto hujusmodi juvamine ab eodem Domino Magnipolenſi & aliis Dominis prædictis, ſi ipſum vel terras ſuas Rex Dacie hoſtiliter invadere attemptaverit, debet idem filius noſter cum omni poſſe ſuo & juvamine de Regno Norvegie, ipſum Regem Dacie ac regnum

regnum ſuum ex iſta parte ſimiliter impugnare. Item placitatum eſt, qvod priusqvam dictus Dominus Magnipolenſis eidem filio noſtro Domino Regi præmiſſa ſervicia fecerit, idem filius noſter, & Regnum Norvegie, ſibi obligari antea non debeat] ad aliqva ſevicia facienda. Ut autem præmiſſa omnia robur majoris habeant firmitatis, nos bona fide promiſimus, & Reverendus Pater, Dominus Hallvardus, Epiſcopus Hamarenſis, & nobiles milites, dilecti conſiliarii noſtri de regno Norvegie infraſcripti, nobiscum fide media & manu coadunata repromiſerunt, videlicet Dominus Paulus Eiriksſon, Haqvinus Thorerſon, Gudthormus Helghaſon, Gudthormus Kolbiarnarſon, Thorvalldus Havardarſon, Haqvinus Oghmundarſon, & Iwarus Oghmundarſon in Caſtro Baghahuſs, milites, & Arnfinner Eiriksſon Canonicus Hamarenſis. Promiſimus eciam, & ipſi nobiscum, bona fide, qvod ſupradicta omnia ſigilla venerabilium patrum, Dominorum, Archiepiſcopi Nidroſienſis & ſuffraganeorum ſuorum, ac aliorum nobilium de conſilio regni Norvegie, qvi nunc præſentes non aderant, firmius debeant roborari. In cujus rei teſtimonium, ſigillum prædicti Domini Regis Svecie & Norvegie, ſigillum noſtrum, nec non & ſigilla prædictorum compromiſſariorum noſtrorum, præſentibus duximus apponenda. Datum & actum anno loco & die ſupradictis.

Instrumentum Pacis inter Regem Norvegiæ, et Regem Daniæ,
Ex Barth. Tom. IV,

Omnibus præſens ſcriptum cernentibus Magnus &c. ſalutem &c. conſtare volumus univerſis tam præſentibus qvam futuris, qvod anno domini M. CCC. XX, VII. dominica proxima poſt feſtum Trinitatis, apud Kononghældam inter magnificum principem, conſobrinum noſtrum cariſſimum Dominum Waldemarum Danorum Slavorumqve regem, ducem Eſtthonie, ac regnum ſuum Dacie ex una parte, & nos, regnumqve noſtrum Norvegie, ex altera, in modum, qvi ſeqvitur, extitit placitatum, videlicet qvod inter nos reges prædictos, & regna noſtra, Dacie ſc. & Norvegie, eſſe debent perfecta unio, firma concordia, & pax vera perpetuis temporibus duratura, ita qvod ipſe dominus Rex Waldemarus & ſui, noſtros homines de Norvegia in Daciam, & nos ac noſtri ſuos homines in Norvegiam declinantes, debemus ubilibet favorabiliter promovere. Item præfatus dominus Waldemarus Rex ſuiqve homines, noſtris ac regni noſtri Norvegie inimicis & æmulis, in nullo penitus dabunt auxilium v. juvamen, nec nos & homines regni noſtri Norvegie ipſius domini Waldemari regis & regni ſui inimicos & æmulos in aliqvo promovere debemus v. juvare. Item homines hinc inde ſervire volentes, ad hoc ubiqve meram

meram habeant licenciam & liberam facultatem, proviso tamen qvod aliqvis ex talibus proprii sui domini adversario nullatenus adhærebit. In cujus rei testimonium & evidenciam pleniorem, sigilla, nostrum & dilecte matris nostre domine Ingeburgis ducisse Sveorum, reverendi patris, Salomonis Episcopi Asloënsis, ac dominorum Erlingi Vikunerson, dapiferi nostri, Pauli Haqvini, Ivari Amundi, Johannis militum, Stigeti Thorgoti Endridi Haraldi Asbirni, Olai Hælghasons, armigerorum, qvi una nobiscum pro præmissis omnibus firmiter observandis fide data, promiserunt, præsentibus sicut appensa. Datum &c.

EX PARTE ILLUSTRIS DOMINI REGIS SVECIÆ INTER CÆTERA CONTINENTUR HOC MODO.

EX BARTHOL. TOM. IV.

Cæterum super insolenciis s. dissencionibus inter advocatum nostrum Bergis & Civitatenses vestros, ut dicitur suscitatis, prudenciam vestram hortamur, ut duos probos viros de vestra civitate prædicta, circa festum beati Johannis B. proximum, Bergis potestatem a vobis habentes, dirigere studeatis, qvibus Dominum Erlingum militem nostrum & thesaurarium nostrum ibidem destinare curabimus in occursum ad tractan-

dum & paciſcendum tam ſuper inſolenciis ſupradictis, qvam eciam theloneis noſtris, ſuper qvibus ibidem verti audivimus qveſtionem, qvod circa vos tenere volentes, qvod ſuper injuriis ibidem nobis & noſtris per veſtros v. alios qvoscunqve hactenus illatis, ſeu de cætero qvod non optamus inferendis, talem & tantam juſticiam nobis fieri volumus, & de theloneis aliisqve juribus noſtris adeo plenam exhibicionem habere, ſicut aliqvi progenitorum regum Norvegie, qvod tunc plenius & liberius habuerunt, vobisqve & veſtris illuc advenientibus, libertates, gracias & privilegia conſvetas ſicut ipſi, firmiter & benivole conſervare. In Chriſto valete. Scriptum Stockholmis die beatorum Gordiani & Epymachi.

LITERÆ LUBICENSIUM DE CONFIRMATIONE PRIVILEGIORUM SUORUM IN NORVEGIA.

EX BARTHOL. TOM. IV.

Reverendo in Chriſto patri ac domino, domino Hakvino Bergenſis eccleſiæ Epiſcopo, conſules civitatis Lubicenſis paratum eorum ſervicium ſincero animo complacendi, Ad reqviſicionem magnifici domini Magni regis Norvegie & Svecie, præſencium exhibitores dominum Albertum ſacer-

cerdotem & Enghelbertum de Verſtef noſtros nuncios, Bergis Norvegie direximus, veſtram reverendam paternitatem ex intimis deprecantes, qvatenus intuitu noſtri perpetui ſervicii, ipſos in ſuis, noſtro nomine agendis, videlicet ut mercatores in jure, qvod ab antiqvo hactenus ab ingenuis dominis Norvegie regibus habuerunt, ulterius conſerventur gracioſe, efficaciter dignemini promovere. Pro qvo indubitanter veſtre paternitati parati erimus, ſi unqvam poterimus, noſtris ſerviciis complacere. Super inſolenciis enim Bergis ab aliqvibus, ut dicitur perpetratis, ita præmoneri & hortari fecimus cives noſtros, Bergis moram facientes, qvod ſperamus ab eis amodo talia contingere non debere, ſi forte ipſi aliqvid talium perpetraſſent; Injunximus eciam noſtris civibus Bergis manentibus, ſi forte aliqvos de noſtris civibus ſcire poſſent, qvi tales inſolencias commiſiſſent, ut nobis tales demandent, cum qvibus hoc taliter judicare volumus, qvod aptare deberent, qvod hujusmodi non feciſſent, & qvod inde alii territi de cætero id cavebunt. Qvare dictos nuncios noſtros in præſcripta legacione eo fortius & gracioſius per vos domine, petimus promoveri. Datum ſub noſtro ſ. in octavo die corporis Chriſti.

* * *

Literæ Londinensium in Anglia qvibus navem a Norvegis detentam repetunt.

Ex Barth. Tom. IV.

Universis & singulis Christi fidelibus præsencium continenciam visuris v. audituris, & præsertim venerabili in Christo patri ac domino, domino Olavo Dei gracia Bergensi Episcopo, ac nobili & spectabili viro Olavo Nicolai, curie regalis Bergensis civitatis in regno Norvegie capitaneo principali, cæterisqve dominis judicibus, legislatoribus, advocatis, proconsulibus, consulibus ac scabinis ejusdem civitatis, Robertus Layze Major & Oldermanni civitatis Londini in Anglia, salutem & prosperitatis augmentum cum honore. Cum ad veritatem & justiciam sustentandam, pacemqve utrobiqve consolidandam ad judicis officium noscatur specialius pertinere. Hinc est, qvod nos præmissa, juxta posse, promovere ac colere cupientes, universitati vestre tenore præsenciam innotescimus, qvod instanti die ad nostram accedens præsenciam Magnificus Vir confrater noster, Thomas N. Wanderfort, nostre civitatis Aldermannus seriosius declarando exposuit, qvod ipse qvandam navim vocatam Le Trinite de London, cujus proprietas & dominium ad ipsum noscitur integraliter pertinere, ad portum Bergensem in partibus Norvegie, Deo Duce destinare curavit, cujus qvidem navis, sub Deo, discre-

ſcretus vir Stefànus miles magiſter ſ. gubernator exiſtit, qvam eciam navem volentes viri concives noſtri prædilecti Jo. Hazel & Jo. N. Hatheden cum diverſis mercimoniorum generibus in portu L. ndenſi verſus prædictum portum Bergenſem fecerint onerari, nos vero navis prædicte mercatorum . . . . ac mercimoniorum prædictorum proſperitatem plenis deſideriis affectantes attencius ſupplicamus & hortamur in domino, qvatenus ipſos ſicut vobis viros amicabiles & nobis caros benignis favoribus recipere & contractare dignemini, ut ex iis Zelum & dilectionem, qvos erga nos geritis, Univerſa Londenſis civitas recognoſcat, in utriusqve civitatis, ut ſperamus, temporibus affuturis, non modicum incrementum, ad qve in caſu parati ſimiliter & nos veſtras diligencias noſtras futuris temporibus exponere curabimus juxta poſſe. Scriptum Londen ſub ſigillo majoratus dicte civitatis I. Julii Ao. Dni 1441 & Ao. regni regis Henrici VIti poſt Anglie 18.

ERIK AF POMMEREN BESTALNINGS BREF FOR SIWARD JONSSON AT VÆRE DROST I NORGE.

EX ORIGINALI INTER MAGNÆANA.

Wii Erik mz Gudz nathe Norghes Danmarks Sverighe Wende oc Gothe Koning

Koning oc Hertugh j Pommern kungore oc kennes mez thette wort opne breff for alle the ſom nw ere oc komendæ wurdhe at efter ath wort elſkelighe Raadh oc godhe men aff Norghe Biſcope prelate Riddere oc ſwenne oc gantze mene menhet oc almughe haue oſs tilſent oc ladit oſs underſta there begiere at the wilde haue een drotzſte ther i Rikit for the mene wort oc Rikiſins beſte oc beſtand ſculd oc haue for thy lacht oſs thre j waal af wort Radh oc godhe men j Norge ſwaſom er Oleff Haqvinſon Erland Endridsſon oc Sigwordh Jonsſon at wii een af them wilde ſette them till drotzſte oc oſs the höychlike raat oc ydhmiuke bethe. Nw aff thy at wy gierne ſee mene Rikeſins oc mene Rikes jnbyggiere beſte oc beſtand ſom wy plichtighe ere, tha ere wy thet gierne effterfölghende huilket wy nw Gudh til loff oc hedher oc for alles there kærligt Radh oc ydhemiuke bon oc beſtadelſe ſculd ſwa oc for wort elſchelighe Radhs oc godhe mens aff Norghe Radh oc undewiſning ſom nw nærmer oſs wore ſwaſom er Mattes Jevepsſon Kolbiörn gerſt Symon biornsſon laghman j oſlo oc Niels Aſlaſſon laghman pa hedemarken haue thet nw ſwa til ladit oc ſette them nw eén aff the thre ſwaſom er Sigwordh jonſſon til at wære wor oc Rikeſins fulmechtich Drotzſte ouer alt Norghe j alle the ſtucke oc macht ſom en drotzſte bör at haue. Item haue wii nw tiltroot oc befalet fornempde Sigwordh

wordh Jonsſon wor drotzſte oc giffue hannem fullmacht at take Reknſcap af alle the fogether the ſom wort j wære haue likerwis ſom wy thet ſelffue giordhe oc at han ſcal utkreffue oc ſchiche oſs redhelighe wor rente oc rettichet aff Norghe. huar wii thet helſt haue eller tillfalle kan oc ſcal gore oſs til fuldhes godh redhe oc Reknſcap fore huat han ther aff upbær pa ware weyne ſwa at the jn . . . . . . nutte. Wore thet oc ſwa at wy dödhe oc affginghe för en fornemptde Sigwordh Jonsſon wor drotzſte oc han thet æmbite hafdhe tha ſcal han holde oc gore thete fornemptde wor ffather brodhersſon hertugh Bugeſlaff af Pommern i alle madhe likerwiis ſom han oſs görer wilde i wort leuende liff. Thy bidhie wy ether alle oc byudhe oc huer . . . . . ærhebiſcop Biſcope prelate Clerkerie Riddere oc ſwenne Copſtethe men oc gantze mene almughe ſom bygghie oc boe i Noreghe at j wære fornemptde Sigwordh jonſſon höroghe oc lydhughe oc folghafftighe j alle the ſtücke ſom ether bor at wære wor oc Rikens drotzſte helſt for thy at han hauer nw ſworet oc giortt oſs her ſin edh at han wil oc ſcal holde oc lade alle Norghes jnbyggere withlagh oc ret oc engen uforrette eller uforrette lade j nokre made vtan hiælpe at huer nyder lagh oc ret huar han tilſagdher wordher j wor frawærelſe oc wor oc kronene ret at ſtyrke og ey fornedhre j nokre made oc thette bref at holde ſom foreſcreuit

er

er ſom han wil antſware for gudh oc bekiend wære for oſs oc wort Radh ok mene Rikins jndbyggiere i Norghe. Datum in caſtro noſtro Wysborgh terre noſtre gotlandie anno Domini MCDXXX nono feria quinta proxima ante feſtum Nativitatis beate Marie virginis noſtro ſub ſecreto.

Sigillum abfuit

in Dorſo. Breff att her Sigword Jonſſon bleff Droſte i Norge.

LITERÆ ASLACI ARCHIEPISCOPI NORVEGIÆ QVIBUS MERCATORIBUS ANGLIS PRIVILEGIA NUNDINARUM DANTUR.
EX BARTH. TOM. IV.

Univerſis Chriſti fidelibus, ad qvorum noticiam præſentes littere pervenerint, Nos Aſlacus Dei gracia Archiepiſcopus Niderofienſ. apoſtolice ſedis legatus, Olavus eadem gracia Epiſcopus Bergen. Adolfus præpoſitus eccleſie apoſtolorum ejusdem loci & magiſter capellarum regalium regni Norvegie, nec non Olavus Nicolai miles & capitaneus curie Regie Bergis æterne felicitatis gloriam conſeqvi ſempiternam; acceſſerunt ad nos qvidam mercatores Anglici de civitatibus Londonie Linie & Boſtonie regni Anglie, caritative inſtantes, ut tam ipſi qvam cæteri alii mercatores anglici præfati regni, qvi ſatagunt & in conſvetudine habuerunt

buerunt civitatem Bergen mercandizandi gracia visitare, exponentes nobis suum fore propositum partes istas freqventare præcipue tempore nundinarum mercimonia sua juxto modo juxta priscam consvetudinem excercendo, si libertatibus & privilegiis habitis & indultis valeant congaudere; Nos igitur eorum intencionem racionabilem considerantes, atque, juri consonam ideoque admissione dignam reputavimus in hac parte specialiter attendentes, qvod magna proficuitas posset exinde utriqve regno provenire, qvod regnicole mutuo convenient, & mercaciones solitas, saltem in civitate ista, ubi stapula Norvegie consistit, annualiter continuarent: Unde ipsis unanimi consensu condiximus, qvantum in nobis est, ut liberum salvum & pacificum de cætero accessum habeant, huc veniendi, standi, mercandizandi & libere exeundi, dummodo se gerunt in suis agendis juste & racionabiliter, limites privilegiorum suorum non excedendo. Et qvicqvid humanitatis favoris & amicicie ex gracia ipsis exhibere valuerimus minime obmittentes, nisi, qvod absit, aliqvi inveniantur transgressionibus obnoxii, ex eo, qvod terras & loca prohibita visitaverant in destructionem stapule Norvegie supra dicte v. consimilibus excessibus notorie irretiti, extunc suas transgressiones emendent, prout nostris legibus est sancitum. Datum Bergis anno Domini M. CD. XLII. in vigilia Sti Matthæi apostoli & Evangeliste nostris sub sigillis.

LITE-

LITERÆ AB ANGLICIS AD CONSILIARIOS NORVEGIÆ &c. Ao. &c. MCCCXLIIII.
EX BARTH. TOM. IV.

Venerabilibus in Chriſto Dominis, domino Aſlaco, divina gracia Nidroſienſi Archiepiſcopo, ac Apoſtolice Sedis Legato, Domino qvoqve Olavo, eadem gracia Epiſcopo Bergenſi, nec non & Adolfo, Præpoſito Eccleſie Apoſtolorum ejusdem loci, & Magiſtro Capellarum Regalium, omnibus qvoqve de conſilio Regis Magnatibus Regni Norvegie, Henricus Major ville Leun in regno Anglie cum cæteris ſuis conſiliariis & juratis, poſt debitas reverencias, internam in domino concordiam. Qvoniam bonum pacis cætera bona præcellit: teſtatur id dulce colloqvium noſtri ſalvatoris, ubi cum a Diſcipulis ad patrem corporaliter recederet, hoc tanqvam ultimum bonum in teſtamento reliqvit; Credimus enim nunc, temporibus noſtris, pacem ſuperhabundanter recipere, dum inter Gallorum bellicoſam gentem ac regnum noſtrum dilectum pacis fœdera renovantur. Et antiqvam pacem inter nos & vos ex veſtris litteris recipimus ſuſcitatam, ex veſtris ſcriptis experimur nobis datam, niſi qvoniam & qvidam inter vos, neſcimus qva auctoritate fuit, hanc concordiam infeſtant, qvapropter exhortamur in domino veſtram invictiſſimam dominacionem, ut eos, qvi nos ſpoliant, qvi bona noſtra diripiunt, dum in regno veſtro v. in aqvis veſtris

veſtris moramur, ab hac audacia retrahatis, ut, ſi pax ſit, pax generaliter habeatur, ſi autem lis erit, a nobis ſciatur, ita ut ſubtrahere nos poſſimus a tanto incurſu malorum. Fatemur] enim, nos ad partes veſtras tanqvam pacificos mercatores, tanqvam immutabiles dilectores eſſe venturos, tantum ad ſolvenda debita, recipiendaqve, qve debentur. Si ad memoriam reducere velitis, præſtantiſſimi domini, qvanta colligancia amoris villa noſtrà ab ipſis antiqvis temporibus alligata ſit vobis, citius nobis benevolencie veſtre animum impendetis. Per villam noſtram nunqvam læſum fuit aliqvid mercatum terre veſtre. Per commanſores noſtros nunqvam vis inferebatur genti veſtre, ſemper concordes, ſemper dilectores veſtri fuimus. Tædet dicere qvoniam pudor eſt, qvod pauci de gente veſtra, contra vota tantorum dominorum, rebellabunt, maximé ubi ſigilla oſtenduntur in roboracionem pacis. Plura diceremus, ſed novit prudencia veſtra ex paucis multa cogitare. Hæc ex intimis noſtris eructavimus, ſperantes in ſumma diſcrecione dominacionis veſtre, qvod iis periculis cito remedia adhibebitis, ad honorem Dei, & pacis bonum, & propter pericula, qve evenire poſſent, ſi gens veſtra & noſtra in diſcordiam prolapſe ſint. Valeat in æternum dominacio veſtra veneranda ad honorem Dei & regnorum concordiam conſcienciecqve puritatem. Scriptum in villa antedicta XIX die menſis Julii ſub ſigillo offi-

cii nóſtri &c. Ao. domini MCDXLIII. regni quoqve regis noſtri incliti anno 22do.

RESPONSIO.
EX BARTHOL. TOM. IV.

Præmiſſis caritati veſtre in domino meritò præmittendis. Honorabiles & circumſpecti amici ſincere dilecti. Literam veſtram alias de menſe auguſti a bajulis veſtris profitemur recepiſſe, ac in effectu qvidem maturitate penſata & de ordinato tranqvilitatis foedere inter regnum veſtrum Anglie & Francie ſimul & jam renovato recolligiſſe, juxtaqve in domino Iheſu ſummopere regratulantes, qvod altiſſimus pietate ſua conſolidet in ævum duraturum; Revera etiam intelleximus concordiam inter nos & vos ſuſcitatam, qvosdam qva neſcitis auctoritate ſcribitis infeſtare, de qvo non immerito ſane moti, cum impium videretur, talia erga vos aut veſtros fomentare, dignum potius qvovis, qvæſito conſilio aut fervore, hæc cum fomentariis exſtirpare, habitis tamen inter nos inqviſicionibus, in conſilio noſtro regio nuper ſatis large, præſertim cum domino Olavo Nilcoai milite, capitaneo curie Regalis Bergenſis, ſuper iis in verba ſatis ample prorupimus, qvi litteris veſtris ſatis amicabilibus eidem a nobis iam directis, per eum coram nobis eciam exhibitis, ſe ex toto

toto excuſans, ac ut dixit confidendo edocens, vos eundem litteris veſtris nobis directis notando, ſuper hujusmodi concordie infeſtacione neqvaqvam poſſe aut velle coinquinari v. irretitari. Iccirco amici ſinceré dilecti, cum in litteris veſtris nullum ſuper hujusmodi pacis infeſtacione ſentimus nomine expreſſum, aut coram nobis de iis, per veſtras proclamatum, neqvaqvam poſſumus revera talis modi, ut ſcribitis, infeſtacione remediari, aut contra aliqvem hujusmodi infeſtacionis prætextu incitari. Verum tamen ſi a vobis aut veſtris in poſterum ſanius fuerimus informati, noſtro dictante conſilio, in qvibus merito poſſimus, deſideriis veſtris condeſcendendo ſtudebimus adimplere. Inſuper prædicte infeſtacionis cauſa, ex litteris veſtris novimus, vos pauciores ad regnum . . . . veſtris cum mercimoniis, qvam in antea apud nos copioſius repetimus, directos, ac eosdem ad ſolvenda & exigenda debita, licet bene ventos duntaxat direxiſſe, qvod qvidem noſtro conſilio antedicto a ritibus antiqvis, in plures dies & annos, hactenus inter nos & vos uſitatis, in longum videtur diſſonare. Cum tamen affectavimus, prout jam inclite optamus veſtros ad nos venturos ſecuros ac liberos juxta ſalvi conductus evidenciam alias per nos in favorem veſtrum decreti, qvavis alia ſiniſtra machinacione aut infeſtacione qvomodolibet ſemota, dummodo tamen ut a circumſpectione veſtra ferventer

 affe-

affectamus ordinandum, qvod & ipſum mercatum tam in laneis qvam in lineis, ex tela ejusqve longitudine, latitudine & bonitate antiqvam teneat commenſuracionem. Altiſſimus perſonas, ſtatus & condiciones veſtras florida vita tempora conſervet ad longæva &c.

LITERÆ ASLACI ARCHIEPISCOPI SUPER CONTRACTU CUM FUSORE CAMPANARUM ANGLO INITÆ. EX BARTH. TOM. IV.

Nos Aſlacus Dei gracia Archiepiſcopus Nidroſienſis & apoſtolice ſedis lagatus, & Olavus eadem gracia Epiſcopus Bergenſis ſuumqve capitulum ibidem ſalutem in filio virginis glorioſe. Tenore præſentium recognoſcimus per præſentes, nos cum diſcretis viris Jon Gedney & Willhelmo Kley ex parte Richardi Gigys, anglicis mercatoribus taliter conveniſſe ac actum ſtabiliter iniiſſe, qvod dicti mercatores in æſtate jam ventura, qvendam fuſorem campanarum omnino magiſtralem de anglia ubiqve transducant huc ad Bergam propriis in expenſis, qvi eccleſie Nidroſienſi 3 campanas elegantes unam majorem de XII. v. XIII. ſkippund cupri ſ. æris alias vere duas minores majori conſonas in ſonitu & menſura, & eccleſie Berg. eciam 3 campanas unam magnam

nam & duas minores, ejusdem, ut alie, ponderis, sonitus & mensure utrarumque Ecclesiarum de metallo, dum Bergis venerit, omni dilacione postposita & semota fundat: Campanis vero fusis integraliter & magistraliter præparatis, eorum pecunia, secundum convencionem, qvam cum ipsis mercatoribus fuit, eis prompta fieri debet penitus & parata, mercatores vero prætaxatos, qvi magistrum huc traduxerint, pro suis laboribus & erogatis indebitatos tenere volumus & in dempnes, omni scrupulo cavillacionis procul moto. In cujus recognicionis evidenciam ac caucionem firmiorem, nos Episcopus Bergen: cum capitulo nostro prætaxato, pro campanis nostris, sigilla nostra apponi fecimus in pendenti, Olavus vero Petri & Finno Sigmundi canonici Bergen: nostra sigilla apposuimus reqvisiti & rogati per dominum nostrum Archiepiscopum prædictum pro campanis Niidrosien: Ecclesie, loco sui, sigillo suo non præsente. Datum Bergis Ao. domini MCDXLIII. die beati Gorgonii martyris.

LITERÆ CIRCULARES CONSILIARIORUM REGNI NORVEGIÆ, QVEIS COMITIA INDICUNTUR. EX BARTH. TOM. IV.

Aslacus Dei gracia Archiepiscopus Nidrosiensis, nec non apostolice sedis le-

gatus. Affectuosa nec non prævia salute præmissa in domino, Litteris vestris directis qvibusdam nostrum, porrectis per eosdem nos insimul ceterosqve consiliarios regni tunc præsentes diligenter pensatis, reperimus vos ad præsenciam illustrissimi principis domini nostri Christofori Dei gracia regis velle proficisci, qvam ob rem vobis signicamus per præsentes, nos de communi deliberato ac maturo consilio uniformiter concordes esse, ut fiat convocacio & Congregacio consiliariorum regni, ac indefectibiliter . . . . acceptavimus convenire in civitate Bergensi, in nativitate beati Johannis Baptiste proximo seqventi, insuper præsumimus ex humillima nostra adscriptione inclitum principem nostrum regem Christoforum eodem tempore esse propria in persona Bergis Deo per omnia dirigente, idcirco instanter consulimus ac petimus qvatinus relicta civitate Bergensi propter negocia felicem statum regni nostri concernencia tunc movenda & expedienda applicari statum vestrum conservet in utroqve homine trinitas indivisa. Scriptum Bergis anno incarnacionis dominice MCDXLVI. in profesto beatorum Martirum Cosme & Damiani, nostris sub sigillis ex parte omnium consiliariorum regni.

* * *

LITE-

LITERA AD ANGLICANOS SUB ANNIS DOMINI MCDXLVIII.
EX BARTH. TOM. IV.

Olavus Dei gracia Episcopus, Adulfus præpositus ecclesie 12 apostolorum & magister capellarum regalium regni Norvegie, Olavus Nicolai miles capitaneus & thesaurarius curie regalis Bergis Legifer Consules cæteriqve cives & communitas civitatis ejusdem. Providis & discretis viris Anglicanis mercatoribus civitatibus & villarum Lundun Lyun & Bozstun aliisqve qvi proponunt, satagunt, & in consuetudine habuerunt civitatem Bergensem, qve stapula est Norvegie mercandizandi gracia visitare salutem in domino sempiternam - - - ut a qvibusdam mercatoribus vestratibus nuper abhinc ad angliam velificantibus sane intellixmus qvod propter arrestacionem navium & bonorum Anglicorum per dominum nostrum qvondam regem Cristoforum bono memorie, nuper in Öresund regni Dacie factam hæsitant f. indubio ponunt, ut securitas salvi conductus vobis a reverendo in Christo patre domino Aslaco Dei gracia Archiepiscopo Nidrosiensi nobis cæterisqve consiliariis regni Norvegie a paucis retroactis annis, in parliamento hic Bergis celebrato existentibus, tunc concessa, hac contemplacione ducti infirmaretur. Qva propter discrecionibus vestris secura fide innotescimus hanc securitatem salvi conductus a nobis prius

præſtitam, ut præmittitur, in omnibus ſuis punctis & articulis, in pleno robore valituram & ex ſuper habundanti, qvantum in nobis eſt id idem condicimus per præſentes, & qvicqvid humanitatis, favoris gracia & amicicie vobis exhibere valuerimus, firmiter adimplere cupientes, & ut eo ſecurius & præſtantius in veſtris his agendis proficiatis, prudencias veſtras ſincere petimus, amicabiliterque conſulendo exhortamus, ut ſic procuretis a majoribus & ſuperioribus civitatum & villarum veſtrarum, qvod mercata veſtra huc portanda ſ. portata, tam in laneis qvam lineis, extela eorum longitudine latitudine & bonitate antiqva teneant commenſuracionem, qvod viciſſitudine reciproca, vobis in noſtris hic vendendis veriſimiliter ſtudebimus exhibere. Datum Bergis &c.

Capitulatio Caroli Canuti filii Norvegis data 1449 ex Originali inter Diplomata in Tabul. Magnæano.

In nomine domini amen. ver Karll met gudz nadh Noregs Sweregs oc Gota Konnugh kunngorom allom them ſem thetta bref ſea edhr höra. at tha wer varom ſamtykter koſner oc kronadher till Rikeſens ſtiorn kong oc herra i Norghe om torsdaghenn neſt forerſt i clemitz dagh i Trondz anno domini MCDXLIX af herra erchibiſpen

biſkopen biſcopom riddarom oc ſweinom rikeſens radh i Norghe handgengnom monnom kopſtadzmonnom oc almoghanom. tha iáttadhom wer oc lofuadhom. oc med theſſo waro brefue en iattom oc lofuom gudj till lofs oc hedhirs Norghes rike oc allom them i landeno búa till beſtand opreſning oc fullkomligha bættring. at wer uilium hallda oc hallda lata obrigdeliga alla theſſa articla ſem her efterſkrifuat ſtanda. förſt at wer uiliom halda Noregs lagh vidh alt landz folkit oc lata that niotande uerda alla thær godha retteböter ſem warer forfædhrer konga i Norge them gifuit hafua. oc ſkall kirkian oc kirkiunnar formenn oc alt klerkrit niota oc bruka frelsligha öll thau priuilegia ſem godhe konunga her i Norghe them gifuit hafua. Ey ſkulom wer eda warer menn os nakut luta met theirra omdöme eda nokon klerk intrengia i nokot kirkiuna ingield eda nokot os med them bewara ytermer en the *) gambla compoſicion ſem giörd er mellom konugxdomens oc kirkiuna i Norghe vtſkyre. Item ſkulom wer engar rikeſens rentur bortpanta eda bebrefua nakrom utlendzſkom manne. Item ſkulom wer oc engom vtlendzſkom

I 5 manne

*) ſc. Compoſitio inter Magnum Norvegie Regem vulgo legum Emendatorem, & Johannem Rufum Archiepiſcopum Nidroſienſem. Ao. MCCLXXVII. vid. Hiſt. Eccl. Iſland.

manne ſlot land eda læn forlæna her i Norghe oc enga vtlendzſka hafua i Norghe raadh oc engte örlogh oppa ſla met nakrom vtan met vart raadz raadh ſamtykt oc villia her i Norghe. Ithem oc engin ærinde fortaka edha fullkompna, ſem Noreghis krono vppa röra vttan met vart raadz raadh her i Norghe ſamtykt oc ſtadfeſtilſe uttanſnaudhſyn oc tha till forbetring oc engom inlendzſkom eda vtlendzſkom ſlot eda feſte antwartha her i riket vttan efter var Noreghs raadz raadh. Item loufuom uer at naar wer her efter inkoma i Noreghs rike ſva viliom wer ſtyra vaar gard met embitzmenn ſem er hofmeſtar. canceller. köghemeſtar fodhurmarſk oc alla andra met Noreghs infoddom monnom efter Noreghs raadz raadh. Item ſkulom wer enga vlaghlika ſkatta geſtri eda andra tyngſlor leggia uppa rikeſens inbyggiara i Noregh vtan naudſyn kan tilfalla. oc tha viliom wer thet göra met wart Noreghs raadz raadh ſamtykt oc uilia ſem tha ner oſſ æru efter laghom. Item lofuom wer thet at efter vart frafall ſcal Noreghs rike oc inbyggiar hafua ſit fri kor at kioſa them then till theirra herra oc konong ſem them tykker at Norghe er bæſt met belatit vttan wer hafvom efter oſſ lifuandi ein ektaſon them thar till kan verdha fallin. Item thykkir vart raadh i Norghe nyttught væra tha viliom wer hafua eit fatabwr her i riket efter theirra radhe. Item lofuom wer at wer

wer uiliom hwart tridhia aar thet minzſta forfallalauſt ſielue i Noreghe inkoma for rikefins oc thes inbyggiara kæremaall oc ærande ſcull oc hwat wer tha göre eda beſtilla vm ſlot land eda læn met vart raadz raadh thet ſcall blifua ſtandande alt ther till at wer atter komom i riket vttan nakur afgaar ther fore innan then ſem rikeſens rento ſlot eda læn hafde. eda oc at nakor ſik forbryta kunna mote oſſ eda riket ther fore innan. Item lofuom wer at wer ey kalla viliom vart raadh af Noreghe till Swereghis vppa theirra eigna fortæring vttan nockor ſtor naudhſyn tildraghe oc ſwadana ærande kunne a ferdhem vera ther badhen riken makt uppa laghe oc naar vart raadh oc godhe menn af Noreghe till os komer. tha uiliom wer gifua them thet ſnareſte ænda oc ſwar at the ey ſkula forer nakra longa töfring ſculd ſtora fortæring ner oſſ göra i ſwereghe. Alla theſſe forſcrefne articula lofuom wer ſtadhlika halda vilia Noreghis mönnom oc ytermeir vmböta efter vart rikeſens raadh og Noreghs laghom. ſwa lenge gudh will at wer lifuom. Till ytr meir ſanind oc ſtadhfeſtilſe vm all forſcrefne ſtykke. hafuom wer latit vart incigle heingia forer thetta bref oc vart raadh oc godha menn af Swerighe ſem ther efter nefnas. eringſl nicliſzn. gregors benktſſz. karll magngſz. eſkill nicliſſz. ſteffan vlfſſz. ake iæniſſz. . . . benktſſz. kriſtiern benktſlz. aruidh clautſſz. thord bonde. oc algut eringiſlſſz.

giſlſſz. riddar ſine incigle met waru. ſem giört var i ſtadh. dæghe oc aare ſem för ſegher. Sigilla tria prima, & ultimum adhuc ſunt integra.

KONG CHRISTIAN I. LEHNSBREFF GIFFIT TIL BISKUP OLAF A HOLUM VPPA SKAGAFIÖRD &c. 1460. EX TRANSCRIPTO AUTORIZATO INTER MAGNÆANA.

That giörom vier ſveinbiörn Thordaſon. Andres Jonſſon preſtar. Benedict Aſgrimſſon oc kolle Magnuſſon leikmenn godum monnum uitrligt med theſſo voro opnv brefiath vær ſaum oc yfir, laſum opit bref vors nadugs herra kongs kriſtierns med hans heilu oc oſkauddo hanganda inſigli ſvo latanda ord eptir ord ſem her ſegir

Wi Chriſtiern met gudz nad danmarkx ſviarikiſ noregiſ Vendiſ og gota konung grefve i oldenborg oc delmenhorſt ſendom allvm ſem byggia aa vaart land Island heilſu met gud oc vara konunglega nade kunnigt giorande at vi af vaar ſerdelis gunſt naade ſvo oc fyr truſkap oc vilioga thienvſtu ſem thenne brefviſara Herr Olaf biſkup til Hola kirkiu i Iſland oſſ oc vort rike norege hier til giört hefer oc hier efter

efter troliga beuifa ſkal oc maa tha haufum vi unt oc forlent oc met thetta bref vnnom oc fyrlenom honom vaart oc krununnar leen ſkagafiörd liggiande i fyrnefnt hola biſcopdæme nordan uppa Iſland met alla ſina tillaugr oc konvngliga rento oc rettogheit oc huart that helzſt er edr vera kan til nytto oc byhalda that i tio ſamfelder aar i ſvo maata at han ſkal arliga gifa oſſ thar af til vaart fatabvr hundrada letta gyllena ſvo leinge hann that i verio hafer oc antvarda oſſ edr vaarom vmbozman i biorgen vppa vora vegna. ok ſkal hann giöra oſſ goda reido ok reikningſkap af ſtrandrak ſem thar falla kann. thvi biodom vi ok bidiom ydr vaara ok kronanne ſkattſkylldoga bændr ok meen almuga ſem byggia ok bua i fyrnefnt ſkagafiörd, at j hier efter verv honom hæroge oc hlydoger ok giorin ok gefvin honom til goda reida ydvarn arligan ſkat landſkyld ſakeyri ok alt annat ſem j oſſ vppa krvnunnar vegna pliktvger eravd, ok eingvm adrvm, ſvo leingi han that af oſſ j verio hafer, ſem fyrſkrifat ſtar, ok latit thetta eniga lund, ſvo framtt j vilinn ſly vaara konvnglira hefnd ok reide. Ok til ſanninda hier vm, latom vj heingia vaart ſecretum fyrer thetta bref ſem ſkrifat var vppa vart ſlot kavpmanna hafn, jn vigilia ſancti Andree Apoſtoli, Anno domini MCD qvinqvageſimo. Ok til ſannenda hier vm ſettum vær fyrnefnder menn vor innſigli fyrer thetta bref ſkrifat á Holum i Hialta

Hialta dal á ſunnudaginn næſta firer feſtum reliqviarum Anno domini MCD ſexageſimo. Sigilla defuerunt.

RESTITUTIO SPOLIORUM SEV LITERÆ JOHANNIS ARCHIEPISCOPI NORVEGIÆ &c. SUPER INJURIIS MERCATORIBUS ISLANDIS AB ANGLIS ILLATIS.
EX BARTH. TOM. IV.

Univerſis & ſingulis ſereniſſimis illuſtribus, inclytis, claris ingenuis, nobilibus, ſtrenuis, fulgidis, providis, circumſpectis, diſcretis, principibus, regibus, ducibus, comitibus, Baronibus, militibus, Decurionibus, armigeris, magiſtratibus, poteſtatibus, proconſulibus, conſulibus civibus Burgenſibus, Johannes ſola dei miſeracione Bergenſis Epiſcopus. S. Thorſtanus præpoſitus eccleſie duodecim apoſtolorum, magiſter capellarum regni Norvegie, civitatis ejusdem, ſalutem & accepte poteſtatis graciam. Inopum & oppreſſorum injurias veritate propulſare. Etſi multis & magnis clariſſimi qvivqve viri laudibus efferantur in Cœlum, qvi pro tuendis ſociis & ſubjectis populis, malis qvandoqve viris, & improbis civibus ſalutem ſuam alacres devoverunt, & mortibus freqventer ſeſe atqve periculis objectarunt intrepidi, qvas laudes, qveqve præconia aſſeqvi credimus, qvi cæleſtis patrie

trie cives eripuerint & liberaverint a diripientibus eos, perpetue laudis titulis insigniri dubium non eſt, qvibus a Deo honor indeficiens, pro beneficiis, & habitaculum, regnum & imperium ſpondetur æternum in cœlis. Nimirum cum veritas ipſa pauperum & miſerabilium perſonarum regnum cœlorum proprium eſſe aſſerat, & Dei filios nominat ſcriptum, qvos corripit & caſtigat, nihilominus, licet pro varietate terrarum atqve diſtancia, ſingulas qviqve mortalium ſortiantur naciones & gentium nomina, tamen concives & ſocii deputandi ſumus, qvi orbem, habitamus eundem, & ſub eodem domino communem degimus vitam, atqve eundem ſpiramus aërem, & præcipue qvi eisdem ſumus iniciati ſacris, credentes in dominum Iheſum Chriſtum, in qvo non diſtinctio Judæi & græci. Qvapropter omnium parens Deus in cœlis, ab uno parente omne mortalium genus prodire volebat in terris, ut eſſet pacis & unitatis inter fratres immortale bonum; nulla præterea in miniſtranda juſticia, civium v. externorum habenda racio eſt, qvoniam qvi impunitatem ſuorum in perditis & malis actibus procurant, dirimunt ii communem humani generis ſocietatem, qvo perempta beneficencia, humanitas, innocencia, pax & juſticia cætereqve virtutes intereant, neceſſe eſt, & univerſale ſeqvi diſſidium. Qvocirca præſentium lator Johannis Monik, mercator de Henſa, veritatis ſibi teſtimonium

tan-

tanqvam chriſtiane reipublice ſibi de dampnis & injuriis, nuper ſibi per Anglos illatis, per nos ſibi humiliter exhiberi poſtulavit ſpeciali nempe licencia fultus & ſalvo conductu ſereniſſimi principis & domini noſtri Regis munitus, pro repetendis qvibusdam debitis ſuis in Iſlandiam navigavit, ubi a qvibusdam Anglicis mercatoribus Hyllenſis & Briiſtolenſis civitatum incolis, qvi terram Iſlandie, contra libertates & privilegia ſua inhibicionibus regiis parvi penſis piſcandi & mercandi gracia adeunt, poſt firmatas treugas inter Anglicos & communitates Hanſe, & ſopitis utrinqve litibus, neqviter & iniqve extitit ſpoliatus, rebusqve omnibus & fortunis nudatus, & adductis in medium duobus fide dignis teſtibus, medio juramento ipſorum probavit, ſe infraſcriptis rebus ſpoliatum, qvi teſtes præſentes erant, & ſpolium committi, & res abſtrahi oculis intuebantur. Et primo ſpoliatur hic anno Domini M. CD. LXXIIII. in octavo Apoſtolorum Petri & Pauli ſpoliatus eſt qvatuor millibus piſcium & 6 petres burelli vulgariter Spiitingh dictis, qvorum qvibuslibet 60 tenet ulnas. Ao. vero ſeqventi in feſto Ste Marie Magdalene abſtulerunt ei violenter de navi cujusdam Johannis dicti Rorembergh duodecim millia piſcium, qvadringentos qvinqvaginta rökklings, qvatuor tonnas focine pingvedinis in unguentum reſolute, qve penes nos vulgariter Lyſe dicitur, centum vulpinas pelles, 3. ſaccos refer-

refertos plumis, centum Skatthe 60 raffna, 6 petres burelli qvantitatis ſuperius memorate unde & ex hoc plurima incommoda & diſpendia perpeſſus ad extremam usque devenit inopiam, nilque ſibi fere eſt præſidii, ni ſibi ſubvenerit in brevi deus ex alto, eqvitatis qvoqve & juſticie Zelatores de raptoribus condignam ſibi ſatisfactionem procuraverint, qvam ob rem erumne & miſeriarum ſuarum crebris qvaſſati ſtimulis, Majeſtates Magnificencias, excellencias, dominaciones, clemencias, dignaciones, Humanitates, & induſtrias veſtras obnixius rogamus, & majorem in modum, qvo poſſumus, reqvirimus, & in viſceribus Jheſu Chriſti vehemencius obſecramus, qvatinus memores crediti nobis a Deo imperii qvod ad vindictam maleficorum, bonorum vero patrocinium ſuſcepiſtis attendite ne . . ceperitis & præcipue iis quorum intereſt talium exceſſus corrigere & civium ſuorum perditos mores emendare, huic miſerabili præſentium latori, dignemini pro ſpoliis, damnis & injuriis moleſtiis & gravaminibus juſticiam miniſtrare, inanem & vacuum eundem neqvaqvam permittatis abire, ſcientes, qvoniam Deus judex eſt judicans, pro manſvetis terre, ſicientes qvoqve & eſurientes juſticiam ſacre littere beatos prædicant, qvibus copioſa merces eſt in cœlis, qvicqvid omni ex minimis boni fecerimus redemptor noſter ſibi factum deputat. In evidenciam vero & teſtimonium ſingulorum ſupra ſcriptorum

torum ſecreta noſtra præſentibus duximus appendenda. Datum Bergis anno domini M. CD. LXX. VI. nonas Marcias.

Literæ Senatorum Regni Norvegiæ ad Henr. VI. Angl. Regem qverentes de injuria Hanseaticis in Islandia illata. Ex Barthol. Tom. IV.

Illuſtri & Magnifico Principi & Domino, domino Henrico Dei providencia Anglie regi clariſqve & circumſpectiſſimis memorati regni conſiliariis, Johannes Dei gracia Bergenſis Epiſcopus Thorſtanus præpoſitus eccleſie XII. apoſtolorum & Magiſter capellarum, Johannes Smör miles & capitaneus Bergenſis & theſaurarius regni Norvegie, conſiliarii, Paulus abbas in monte Sti Michaëlis Ciſtercienſis ordinis, felix, fauſtum & pacificum regni ſui moderamen. Etſi cunctis, ſereniſſime princeps & domini ſpectatiſſimi, ſacris diſcernentibus inſtitutis, miſericordiam debeamus, maxime tamen domeſticis fidei, qvibus fraternitatis vinculo ſumus aſtricti, imprimis calamitoſis & afflictis, præſertim, qvi non ſuo vicio, ſed & latrociniis & calumniis ex magnis diviciis & fortunis optimis in ſummam deciderint egeſtatem, infeliciſſimum qvippe preſſure genus, ſe meminiſſe felicem. Et qvidem non modo

modo immitis ſed & injuſtus foret, & tam in vicio, qvam qvi facit, qvi a ſocio cum poteſt, injuriam non propulſat, ſecundum Dei enim voluntatem & nature copulam nobis auxilio eſſe debemus, certare officiis, & adjumentum ferre alter alteri v. ſtudio v. officio v. qvovis alio modo, ut inter nos ſocietatis augeatur gracia. Magnus itaqve juſticie ſplendor, qve aliis potius nata qvam ſibi, ut judicio omnia ſubjecta habeat, opem aliis ferat, officia non aburat, dampna & pericula ſuſcipiat aliena. Hanc virtutum arcem nobis ante oculos ponentes, ne innoxius tanqvam reus & ſceleratus dampnificetur, veritatem ſuper cognicione cauſe latoris præſencium, Johannis Rorembergh inſtitoris de Henſa, veſtris prudentiſſimis circumſpectionibus dignum duximus aperire qvi aliqvot retro annis, ex civitate Bergenſi & ab ea congregacione mercatorum de Henſa, qve nobiscum degit, mercandi gracia non prædandi, obtenta a Sereniſſimo Principe noſtro licencia, in Iſlandiam eſt profectus, ubi a regnicolis veſtris, anglicis qvibusdam fortunis, rebus & bonis omnibus utqve ipſa navi ſua cum ſingulis ſuis pertinenciis tanqvam ipſorum perſecutor & hoſtis extitit ſpoliatus, qvem nos in veritate Dei & fide Chriſti Jeſu perhibemus nichil circumvencionis, temeritatis ſ. malignitatis contra veſtros cives & regnicolas in hoc ſuo tranſitu minatum fuiſſe ſed ipſum ſuosqve ſeqvaces mercatores fore de Henſa pro-

teſtamur in iis ſcriptis, qvi vobiscum, ut aſſeritur ſunt fœdere copulati. Et qvia juſtum & ſanctum eſt, inita ſemel pacis fœdera inconcuſſa ſervare, & circa illos præſertim, qvi non peccaverunt nec fœdus ruperunt, & amori potius conſulendum, qvam odia colligenda cenſebit ſapiens, cum & hoſtibus parcitur perſæpe ſubactis & inter regias laudes clariſſimi qvondam viri, hoſtem ipſum augere & rebus omnibus ampliare præcipuum duxere virtutem, ab omni ergo alienum eſſe conſtat humanitate, pauperi, inopi & præcipue fœdere & amicicia ſibi juncto non ſubvenire oppreſſo. Et in gravem redundat maculam regie majeſtatis ſupra dictorum ſuorum, clauſis palpebris, exceſſus præterire, & ipſe Rex regum & domihus dominorum in ſuis vicariis acrius hujusce rei negligencias ferire conſvevit. Et qvoniam inter ipſa arma, clariſſime princeps clementie locus eſſe conſvevit, hanc in pace amicis & ſociis abeſſe nefandiſſimum eſt, ſerenitatem igitur veſtram obnixe rogamus & in domino Jeſu propenſius obſecramus, qvatinus memoree innate clementie & priſce benignitatis huic miſerabili præſencium latori juſticiam de veſtris miniſtrare dignemini, ſpoliatum reſtituendo. Et dominus ipſe, univerſorum retributor bonorum, copioſa vos mercede donabit in cœlis, qvi qvod uni ex minimis ſuis fecerimus, ſibi in diſtricto judicio factum fore cenſebit, & nos grata viciſſitudine vobis & veſtris in ſimili majo-

rive

rive cupimus remereri. In cujus rei teſtimonium & evidenciam præmiſſorum ſecretis & ſigillis noſtris præſencia fecimus communiri. Datum Bergis Ao. MCCCCLXXVI.

LEHNSBREF FOR BIÖRN THORLEFSON.
EX ORIGINALI INTER MAGNÆANA.

Wii Gaut medh Gudz Naadh Erchebiſcopp i Nidaros ok pauelige ſættis Legatus. Hans i Bergen. Karll i Hamar. Eliff i Stawanger medh ſame Naadh biſcoppe. Jon Smör. Alf Knutſſon. Riddere. Jon biörnſſ. Otte Mattſſ. ock Guttorm tiæld Vepnere. Rikens Raadh i Norighe heilſæ allom mannom ſom byggiæ och boo aa Iſlande kerleghe med gudz ock ſancte Olaff konngh. Kunnuckt gorænde medh theſſo vaare opne brefue ath efter thii at vaar Nadhige herre konung Criſtiern ær nw ödh Gudh hans ſiæll nadhe. ſom os haffde louat ſworedh och bebreffuet. ath han ſkulde ſtyræ och raadhe Norigis Rike med indlendſkom och indföddom mönnom och enghæ utlendſkæ land eller leen befalle. Huilket vii nw efter waar priuilegio och landzens friiheit ackte fulkomælighe at holde. Thii haffue wii ſwa eindragtelighe offereens vordith at velbyrdogh man torleiff biörnſſon ſkall haffue Iſlandh ock Veſmanna Öer med kongelighe rentthe ock rettigheit vppa kro-

 nenæ

nenæ vegnæ i Norighe j try ſamfellæ aar ther effter at han ær heim komen i landet. Skall han ock varer Norges kronæ ock hennes forſtandere hold ock troo effter thii ſom Noriges och Iſlandz lagh vtwiſſe. Skall ock fornemptde torleff giffue Noriges forſtandere IX hundrede lette gyllene. Bergen forfallelawſt aa huærio aare. ther medh ſkall ock fornemptde torleiff vpbære alla konunglighe renthor och rettigheit ſmaa ock ſtoræ ſom fallædh haffüer æller falla kunne. ock ecki laghligh ſaattmaall aagiörde ære. Giffue Vii ock hanom fullæ mackt lenſſmen i huærio ſyſlo ſættia ock aff ſættiæ ſom lagh ock rett ſkullæ göræ efter thii ſom hannom tyckes nytſamligt vare farbiudendes allom ock huæriom offuer alt Islandh nokrom androm ſware hyldæ eller ſamtyckæ vtten fornemptde torleiff biörnſſon. Item ſkall fornemptde torleiff till ſegh taghe ſkat ock ſkyld ock ſakaröra ock konunglighe rente thet ſom ther falledh haffuer ſiden Didrich piningh foor vdh aff Iſlandh ock gore kronene ther rett regenſkap fore. ock haffue therfore füllt for ſiit ſtarff. Skullæ their allæ quitter vare vppa voore vegnæ ock kronenæ vegnæ ſom han quitte gör. Kan ock fornemptde giæld eller gotz gripæs eller tapes vtthen torleiffs forſömilſe ther ſum kronenæ tillhörer tha ſkall han therfore quitter være tha han kan bewiiſe huat thet var ſom han miſte aa kronenæ vegnæ. Thii bidie vii edher allæ for-

forſcriffne godhe men aa Iſlandhe ock aa Rikens wegne biudhe medh theſſo woore opne breffue at j ſee fornempdom torleiff biörnſlon] höroghe ock lydhoge ſwa ſom edher bör rettom hyrdſtiore at ware. ock ey mothe ſeigende æller hindrende hannom j theſſe embethe ock befellingh j nockræ maathe hanom vell ock greideliqhe aatkomatzſt allæ konninglighe renttor ock rettigheit. Vnder thaa neſſt ſom vidher liggær effter lagom. Scriffuet i Bergene lögurdagen neſt effter Sti Bartolomei dagh anno domini Milleſimo quadringenteſimo octaugeſimo primo. Noſtris ſub ſecretis & ſigillis preſentibus appenſis.

EX ORIG. INTER MAGN.


Nos Dei gracia Birgerus Lundenſis, primas Suecie & Gauto Nidroſienſis archiepiſcopi apoſtolice ſedis legati. Johannes Jacobi Roſkildenſis, Nicolaus Stygge Burglauenſis, Nicolaus Aruſienſis, Nicolaus Friiſs Viburgenſis, Iuarus Mænck Ripenſis, Johannes Ottonienſis eadem gracia epiſcopi, Carolus electus Hamarenſis, Jonas prepoſitus eccleſie beate Virginis i aaſloo regni Norvegie cancellarius Nicolaus Höögh, Preberus Padebuſk, Nicolaus Henrici, Henricus Krumedike, Antonius & Georgius Parſpergenſis, Magnus Gööye milites, Johannes Holgeri, Nicolaus Huck, Jacobus Andree, Johannnes & Torbernus Bilde, Ebbo

Strangonis & Henricus Achonis, Regnorum Dacie & Norvegie consiliarii, nunc Calmarie constituti notum facimus, quod anno millesimo quingentesimo quinto, cum festo beati Johannis Baptiste die decimo quarto eramus Calmarie constituti ad satisfaciendum contractui facto per reuerendum dominum Mathiam episcopum Stauangriensem & Benedictum Rynyngerum militem, regni Suecie consiliarios cum pleno mandato ad hoc missos in quem consentientes finaliter concluserunt pro se singulisque regni Suecie Suecie consiliariis cum illustrissimo principe & domino, Domino Johanne Dacie Suecie Norvegie Slauorum Gotorumque Rege &c. domino nostro & cum nobis omnibus regni Dacie consiliariis Haffnie anno M. D. quarto die decima octaua mensis mensis May. Qui contractus inter alios articulos clarissime continet, quod . . calmarie stare debeat dicta publica cum omnibus istorum trium regnornm scilicet Dacie Suecie & Noruegie consiliariis que dicta inchoanda sit XIIII. die ante festum Johannis *Baptiste*, anni millesimi quingentesimi quinti durando usque ad octauam dicti Johannis Baptiste medio autem tempore ab incolis istorum trium regnorum securissime . . . . . seruentur, terra marique tunc XVII. mensis Junii incipien . . & ad finem dicte diete duran. In qua dicta consiliarii regni Suecie & nonnulli illius regni incole stabunt vel compositioni amicabili vel juri

juri Regie Majeſtatis noſtre pro omnibus cauſis actionibus & accuſacionibus que Regia Majeſtas aduerſus eos habeat. Pariter eis Majeſtas regia ſtabit juri ſi quid ipſis contra ſuam majeſtatem competit coram iſtorum trium regnorum conſiliariis prout tunc obligarunt ſe predicti: Dominus Mathias epiſcopus & Benedictus Rynyngenſis ſecumque omnes conſiliarios regni Suecie vigore mandati eorum ſub Chriſtiana fidei veritate & priuacione ſtatus &c. honorisque, omnes in prefata dicta comparerent ad ſatisfaciendum contractui prelibato in cunctis verbis & articulis. Simili modo obligauerat ſe regia majeſtas & nos omnes Regni Dacie Conſiliarii in Chriſtiane fideĭ veritate & ſub priuacione ſtatus & honoris. Et Imo proxima die poſt feſtum Johannis Baptiſte Calmarie in pretorio fuimus congregati & in preſencia regie Majeſtatis ac preſtantiſſimorum eggregiorumque virorum Leonis armorum regis Hieronimi ſculteti doctoris Theodorici de Bienerneſt, illuſtriſſimorum illuſtriumque principum & dominorum duorum Jacobi regis Suecie, Jaachimi Margauii Brandenburgenſis ſacri Romani imperii archicamerarii & electoris in Stetin pomaria &c. ducis, Baltazaris & Henrici conſanguineorum ducum Mekelburgenſium &c. conſiliariorum ordinatorum, acceſſit ſtrenuus miles Nicolaus Högh proponens nomine regie Majeſtatis in hunc modum, quod Majeſtas regia unacum amba-

ſiatoribus prędictis atque nos regnorum Dacie & Norvegie conſiliarii fuiſſemus conſtituti integris nunc Calmarie XIII. diebus ante ſupradicti ſancti Johannis Baptiſtæ diem & obtulit nobis ſupradicti contractus literas factas per dominum Mathiam epiſcopum Strengeneſenſem & Benedictum Rynyngenſem, quibus affixe erant litere mandati eorum de ſingulis & omnibus regni Suecie conſiliariis ipſis dati & ſigillis eorum appenſis roborati taliter ut absque ſigillorum leſione ſeparari non poterant. Dehinc obtulit quosdam articulos nomine regie Majeſtatis contra prefatos regni Suecie conſiliarios & nonnullos ejusdem regni incolas cum pluribus aliis documentis & literis patentibus ſigillatis que regiſtrate ſunt quemadmodum hec & alia acta manifeſtent. Preterea ſepe dictorum conſiliariorum & incolarum regni Suecie accuſant contumaciam, quod . . . . . nec modo comparuiſſent nihilipendentes eorum obligacionem ſatisfaciendi ſub Chriſtianana fidei veritate & priuacione ſtatus & honoris. Et petiit ut vigore dicti contractus condemnaremus eos contumaces ac penam eorum contumacie M. reg. juſtis cauſis admitteremus ulteriorem in judicio proceſſum eapropter conſiliarios & incolas regni Suecie contumaces admittimusque unanimiter reg. M. contra predictos accuſatos in judicio procedere ſicuti ab antiquo in illis tribus regnis ſimilibus cauſis obſeruatum fuit contumacia eorum non obſtante. Idcirco & . . ſuperhabundanti nos Birgerus Archiepiſcopus Lundenſis

denſis item & nobiscum prefati domini archiepiſcopus epiſcopi milites atque militares regnorum Dacie & Norvegie conſiliarii decreuimus R. M. peremtoriam citacionem ad terminandam (criminandam) tantam illam cauſam, quam R. M. habet contra heredes Stenonis Sture, Suantonem Nicolai, Nicolaum Nicolai, Stenonem Chriſtierni trotte magni Ericum Turonis.



APPEN-

APPENDIX.

LITERÆ MAGNI IV. NORVEG. REGIS AD EDVARD I. ANGLIÆ REGEM. MCCLXXVI.

Præclaro Principi ac dilecto in Xto fratri Edwardo dei gracia Regi Anglie Magnus eadem gracia Rex Norvegie ſalutem in eo qvi Regibus dat ſalutem. Salutares regalis excellencie literas ſuſcepimus qvibus & veſtri ſtatus proſperitatem & regni veſtri proſperos ſucceſſus intimaſtis. Qvibus nos ex animo congratulamur hoc optantes, ut Rex Regum & dominus dominancium proſpera veſtra veſtriqve Regni proſperos ſucceſſus continuare dignetur felicibus incrementis, ſignificantes nihilo minus noſtrum noſtriqve regni proſperum ſtatum illo qui omnia diſponit ſuaviter diſponente. Verum qvia in primordio progenitorum noſtrorum non ſolum inter eos ſed & inter eorum regna pax & concordia ac fidelis amicicia dignoſcitur perſtitiſſe: nos in ſignum renovacionis concordie mutue pacis & amicicie militem noſtrum dominum Yvonem dirigimus, ſimul cum eo transmittentes ea qve vobis grata eſtimamus & accepta, ſcilicet tres albos gryphofalcones elegacioris generis, octo griſeos, qvalia avium genera in veſtratibus, ut intelleximus vix habentur. Item transmittimus ciphum unum argenteum, viginti tymbrias muſtelinarum ſive alborum pellium electarum, & qvia delectat qvemqve pro loco & tempore, in laudem creatoris cete grandia creata admirari & de eorum

rum admirabili creacione & granditate facere mencionem, caput cetinum integrum cum dentibus transmittimus ut & esse possit ad deductionem regalis excellencie cum sit ad laudem mirifici ceratoris, hujus bellue naturam admirabilem cum requisitus fuerit, lator presencium explicabit, simul cum jam dictis vestram excellenciam duximus commonendam qvatinus nobis secure sicut fratri intimare velitis qve vestro grata sunt beneplacito & honori, scientes nos ad hec velle semper benevolos inueniri. Scripta Bergis Anno Dni MCCLXX sexto Idus May Anno Regni nostri tercio decimo. In eternum valeat vestra excellencia, & regni vestri Prosperitas in perpetuum in domino dirigatur

ex autographo Pergam. turris Londin. describi curavit Londini 1744.

Kleve.

Edwardus Dei gracia Rex Anglorum Dominus hibernie & dux Aquitanie dilecto consangvineo & fideli suo Edmundo Comiti Cornubie Regni Anglie Custodi salutem. Alias nostris temporibus inauditi in Regem quondam Dacie egregii principis affinis & amici nostri karissimi E. Regis norvegie avum per germanos ipsius Regis dacie

cie ſceleris perpetrati flagicium nobis per ipſius Regis Norvegie literas & nuncium intemeratum cordi noſtro horrorem incuſſit Nam iuxta illud *felix qvem faciunt* aliena pericula cautum, & illud *Nam tua res agitur paries cum proximus ardet* deteſtabilitas huiusmodi facinoris eſt omnibus principibus & nobilibus in exemplum, & omnes debent aſſurgere ad vindictam. Et ideo Vobis mandamus, qvod omnibus illis de regno noſtro militibus & aliis qvi cum (nobili viro, Olivero de Monte Spine, Comite Saresburgh, ipſius, *add. Rymeri editio* 3.) Regis Norvegie nuncio, in ejusdem Regis ſubſidium ire voluerint prebeatis vice noſtra licenciam & liberum commeatum. Teſte me ipſo apud Paris XXII. die Junii anno Regni noſtri Qvartodecimo.

Ex autographo pergam. turris Londinenſis tranſcript. Londini 1744.

Kleve.

Edwardus Dei gracia Rex Anglie dominus hibernie dux Aqvitanie nobili vro & amico ſuo cariſſimo domino haquino duci Norvegie ſalutem cum dilectione ſincera. Duo paria literarum veſtrarum quas haquinus Ormeri filius armiger veſter nobis ex parte veſtra preſentavit, benigne recepimus, & tam ea qve in eisdem literis continebantur, quam ea que idem armiger veſter

veſter nobis per ſuam credenciam retulit viva voce pleno colligimus intellectu. Vobis grates referentes ſuper eo, qvod offertis vos noſtris beneplacitis tam gratanter. Sane de eo qvod habetis in propoſito alicui de noſtro regno de conſilio noſtro matrimonialiter copulari bene nobis placet & partes noſtras ad hoc interponemus libenter ad veſtrum commodum & honorem vobisqve ſi ad regnum noſtrum volueritis perſonaliter declinare vel nuncios veſtros mittere ex hac cauſa literas noſtras de conductu pro vobis & ipſis ſic mittendis conceſſimus per unum annum integrum duraturas, qvas vobis mittimus per dictum armigerum veſtrum preſencium portorem. Datum apud Weſtm. XV. die Junii Anno regni noſtri viceſimo ſecundo.

Ex autographo turris Londinenſis
tranſcriptum 1744.

Kleve.

Excellenti & magnifico principi fratri ſuo in Chriſto caro domino Edwardo Dei gracia Regi Anglie domino hibernie duci aquitanie Haquinus eadem gracia Rex Norvegie proſperos ad vota ſucceſſus cum ſalute perhenni. Recepimus literas veſtras qvod qvedam mulier petronella uxor qvondam Wzillialmi de Gatton burgenſis de . . .

 con-

conqveritur super qvodam delicto, qvod dominus Oliverus qvondam Comes de Sarffsborgh jam multis temporibus retractis, ut dicit contraxit cum eadem (ad qvod serenitati vestre duximus respondendum in hunc modum) qvod anno elapso post mortem dicti com. Oliveri fecimus juxta leges patrie nostre observatas ab antiqvo proclamari per totum regnum nostrum qvod omnes & singuli creditores dicti comitis Oliveri venire deberent ad levandum bona sua & debita tempore eis statuto videlicet in festo sancti Michaelis proximo post annum a morte súa (ut . . . . .) conputato, ad qvem terminum omnes & singuli tam indigené quam alienigene convenerunt & bona sua proporcionaliter iuxta equitatis & justicie viam diuiserunt, qvo facto de bonis ejusdem domini Oliveri nichil penitus remanebat. cum igitur secundum leges patrie nostre rite sit processum in hac parte rogamus nobilitatem vestram quod nos & subditos nostros in præmissis habere velit excusatos.

Ex autographo Pergam.
transcripsit Londoni 1744.

Kleve.

Serenissimo principi & amico Kmo domino E. dei gracia Regi Anglie illustri Ericus

ricus eadem gracia Rex Norvegie salutem & continuis virtutis & honoris incrementis potenter sublimari, plurima generositatis vestre amicabilia illustrissimo patri nostro & domino freqventer impensa pacem & consangvinitatem inter progenitores vestros initam & firmiter observatam sollicite pensantes intime considerantes recognoscimus nos serenitati vestræ ad graciarum actiones & honores qvoslibet multipliciter obligatos. Verum quia hec etas habundat & gemencia spiritus, & cordis anxietas peccatis exigentibus inopinate emergencia affluenciam eloquencie ad presens non permittunt, imploramus fontem profluentis gracie ut vobis retribuat prosperitatem vite presentis & future. Dolentes siqvidem referimus & coacti eventum dolorosum, & nobis ac tota gente Noricana eminenter lamentabilem illustrissimum videlicet patrem nostrum & dominum ac amicum vestrum specialissimum tempore qvo nuncios totaliter ad presenciam vestram paraverat ab hoc neqvam seculo migravisse: qvi toto conatu dum vitalis spiritus pectore palpitabat, precepit magnificenciam vestram intime ex parte sua salutare. Ceterum qvia vera delectio parentum in filiis comprobatur, & tam racione iuvenilis etatis, qvam alias ad honus tanti regiminis, recognoscimus nos multipliciter defectos, nisi solacio amicorum reverendissimi patris nostri adiuuemur, duximus famosam serenitatem vestram affectuose adhor-

 tandam

tandam & intime deprecandam qvatenus amiciciam & dilectionem, qvam cum dicto genitore nostro habuistis, & firmiter longis temporibus tenuistis, ad nos filium ejus convertatis Confederaciones inter regna a progenitoribus nostris initas & diligenti studio fideliter conservatas nobiscum, si placet, pro utilitate pauperum intermeancium renovantes. Insuper noverit regia celsitudo, nos secundum provisionem praeclari patris nostri, divina gracia largiente, in festo sancti Johannis baptiste coronandos: & quia casus iste lacrymabilis ita inopinate recessu nunciorum concurrebat, ut non possemus sufficienter nobis de proprio sigillo providere, duximus presens scriptum, sigillo domini nostri & patris includendum. Scituri absqve dubio qvod vestro culmini regio profitura ac eius de votis magnificis consona volumus affectu fraterno & sinceris desideriis promouere. Dat. Bergis XVI Kal. Junii Anno regni nostri primo.

Ex Orig. pergam. Turris Lond. transcript.

Kleve.

* * *

FRAGMENTUM TESTAMENTI HAQVINI REGIS NORVEGIÆ, ILLIVS QVI ANNO 1319. DECESSIT INTER MAGNÆANA IN CHARTA EXSCRIPTUM EX COD. MEMBR. ACAD. HAFN. QVI OLIM PERTINUIT AD ECCLES. BERGENSEM.

- - - - qvingentas marchas puri & examinati argenti, & centum marchas terre de poſſeſſionibus noſtris in Vichia; ultra omne illud, qvod prius Eccleſie ſæpefate pro fabricâ, ſuſtentacione, reparacione & pro conſervacione tectorum, veſtimentorum, librorum ac rerum aliarum, in eadem Eccleſiâ exiſtencium dedimus.

Adhuc innovamus & confirmamus omnia jura, privilegia & libertates, prædicte Capelle Regie & Clericis & Laicis ad eandem Capellam ſpectantibus, per nos prius conceſſa.

Item legamus pro Clericis ſtudentibus ejusdem Eccleſie & Capelle Regie, trecentas marchas puri argenti; cum qvâ qvidem ſummâ pecunie, bona & poſſeſſiones, infra vel extra Regnum emi debent, pro ſuſtentacione ſtudencium Capelle antedicte.

Item Legamus Præpoſito Capelle Regie ſæpe fate Capellam noſtram cotidianam & portatilem, cum omnibus ornamentis & indumentis in ea exiſtentibus, una cum Cruce argenteâ, & cum parvo Miſſali, in qvo Reliqvie ſunt repoſite, qvo frater Hiallm, ordinis Prædicatorum, manu propria con-

 ſcripſit;

ſcripſit; eâ condicione adjectâ, qvod idem Præpoſitus & ſui Succeſſores, Præpoſiti, in die anniverſarii noſtri, ſingulis annis, perpetue teneantur paſcere cum cibo & potu. LX. perſonas pauperum; nec non & in omni Sabbato paſcere ſeptem pauperes clericos cum pane & butiro, & uno ferculo cum ceruiſiâ. Idem vero Clerici erunt aſtricti, receptâ elemoſinâ, ſingulis Sabbatis dicere, qvilibet eorum, qvinqve Ave Maria, cum qvinqve genuflexionibus, coram altare & ymagine Beate Marie virginis in Eccleſiâ antedictâ.

Præterea legamus communi & Collegio dicte Eccleſie, predium & poſſeſſionem noſtram de Lyn in Oſlo hærad, cum omnibus juribus, utilitatibus & pertinenciis, novis & antiqvis, ad eandem poſſeſſionem noſtram de Lyn ſpectantibus, & Breviarium noſtrum portatile, qvod dictus frater Hiallm conſcripſit, qvod illis Clericis & Collegio, qvi cum licencia Propoſiti ad negociandum extra Collegium proficiſcuntur, unâ cum alio noviter Pariſiis conſcripto, pro uſibus ejusdem Collegii infirmancium deputato; ſub hac condicione, qvod Clerici ejusdem communitatis & Collegii debeant in die anniverſarii noſtri ſingulis annis perpetuo LX. pauperes paſcere & XIII alias perſonas ultra LX. pauperes honeſte paſcere; qvorum tredecim, octo debent eſſe maſculini ſexus, qvinqve faminini; qvorum pedes lavari debent ab aliqvo vel aliqvibus dicti Collegii,

&

& dari de bonis communitatis cuilibet masculo octo, & cuilibet mulieri septem ulnæ de Vædmal, & qvinqve denarii, qvi vulgariter væghnir dicuntur, ad laudem honorem virginis gloriose. Cum hoc debet dictum Collegium & commune pascere octo Clericos cum pane & butiro & uno ferculo & cerevisiâ in singulis Sabbatis totius anni, perpetuo, Idem vero clerici pauperes obligantur, præceptâ elemosinâ dicere . . . . Ave Maria, cum totidem genuflectionibus, in ecclesiâ prædictâ, coram ymagine & altari Beate Marie Virginis & matris Jesu Christi, verum eciam Præpositus & Clerici Collegii memorati erunt obligati ad celebrandum perpetuo singulis annis, cum cantu, compulsacionibus, & luminaribus, anniversarium nostrum & Domine Evfemie Regine Consortis nostre, cum omni sollempnitate, qvâ anniversaria consveverant devotius celebrari.

Legamus eciam Ecclesie duodecim Apostolorum Bergis, Capelle Regie LXXta marchas puri argenti, ad tabulam pro reliqviis faciendam, ad modum tabule reliqviarum, qve in Ecclesia Beate Marie Virginis in osloyâ, & pro duabus manibus faciendis, ad reliqvias in eisdem reponendas, & duos textus argenteos, cum reliqviis in eisdem existentibus, qvos in Capella nostrâ habere consvevimus; & revestimenta, Casulam, duas dalmaticas III. cappas de albo panno serico velato, & duas Dalmaticas cum una cappâ

 de

de panno ſerico velato, violatici coloris, nec non & ad ædificacionem & ſtructuram ejusdem Eccleſie Apoſtolorum Bergis, omnes redditus noſtros regales Hiætlandis & in Inſulis farenſibus; ita qvod qvidam qvi prædicte Eccleſie fabrice præeſt compotum inde faciat hæredibus noſtris, ſingulis annis, & Præpoſito Eccleſie antedicte, hac condicione obſervatâ, qvod ædificacio & ſtructura ſæpe fate eccleſie completis, perfectis & conſumatis, præfati redditus ex Hiætlandia & Inſulis farenſibus redeant ad coronam.


Ratificamus inſuper & confirmamus omnia privilegia noſtra & prædeceſſorum noſtrorum Norvegie Regum & Reginarum, prædicte Eccleſie conceſſa.

Eccleſie vero Beati Olavi de Avalldſnes Capelle Regie, legamus omnia indumenta, libros & reliqvias, qve in eadem Eccleſia modo continentur, & omnes pannos ſericos rubei coloris . . . . . pro indumentis faciendis, qve in ciſta noſtra inveniuntur; & tantum de panno ſerico aurifilo contexto, qvod ſufficiat ad ornatum dictorum indumentorum, & unam caſulam albam de ſerico cum duabus Dalmaticis, tribus Cappis, & uno antependio, & unam argenteam pro corpore Chriſti, cum unâ magna campanâ, qve fuſa fuit in Anglia per Siglavum; Et cum hoc confirmamus dicte Eccleſie omnia privilegia & libertates, per nos & Dominam Evfemiam bone memorie qvondam conjugem noſtram conceſſa.

Et

Et ædificio & ſtructure ejusdem Eccleſie legamus omnes redditus noſtros in Kormt, qvousqve prædictum ædificium fuerit completum & perfectum; conſummato dicto ædificio, prædicti redditus de Kormt redeant ad coronam.

Eccleſie vero Beati Michaelis Archangeli in Caſtro noſtro Tunsbergis, Capelle Regie, legamus omnia ornamenta, vaſa, libros, reliqvias, & omnes alias res, qve repoſite ſunt in Eccleſiâ antedicta, caſulam unam, duas Dalmaticas, & tres Cappas de Serico blavei . . . .



LITERÆ TESTAMENTUM HACONIS VI. CONFIRMANTES ANNO 1336.
EX ORIGINALI INTER MAGNÆANA.

Magnus med Gudz miſkun Norægs ſwia oc Göta Kongr ſendir allum verandum oc vidrkomandum Gudz vinum oc ſinum theim ſem thetta bref ſea edr hoyra qvediu Gudz oc ſina. Ver vilium at ther vitit at ver ſtadfeſtum en af nyiu med theſſa varo brefui gerd thá alla oc ſkipan ſæm vyrdolægr herra Hacon Kongr agætrar aminningar modorfader vaar hinn kæraźte gerdi oc ſkipadi j mariukirkiu i Oſlo gudi allz valldugum oc hans hæilöghom monnom till lofs oc dyrdar. en ſær oc ſinum æfterkomandum till ſalohialpar Einkanliga giæfuer thær allar ſæm hann gaf till kirkiunnar ſua ſem er ſyſlan j væſtra borghæimi lomadal oc Marghretterdal. viſæyri oc læidanger oc allar adrar gafuer ſmærri oc ſtörri j huerri græin ædr nafni ſæm huert er kirkiūm till æfuænlægrar æignar oc freals forrædæs fullkomliga firerbiodandæ huerium manne theſſa vaara gærd oc æfuenliga ſtadfæſtu at riufua j nokorom lut. Næma huer ſem aat thui vædr kunner edr ſanner vili ſuara oſſ tuennum átta ortoghum oc threttan morkom j brefuabrot oc á ofuan tuigillda kirkiunni allan ſinn ſkada. That vilium vær oc at aller menn viti at tho at ver gæfum nokor bref ut hær amotæ thæſſo varo bræfue ſakir vaarer vangöymſlu ædr theirra ſem neſter

Verſio verbalis.

